

tem, vel alium tertium, de licentia ipsius Abbatis, si accusatio tendat in utilitatem Monasterii (de quo etiam latius agit ipse Barbofa in c. 11.) & cap. 1. ubi quod familiaris criminofus Episcopi potest illum accusare, & c. 7. ubi quod inimicus repellitur ab accusando, nisi sit reconciliatus, & amicitia longo tempore confirmata, & latissime Farinacius in praxi, quest. 12. ex num. 8. usque ad 60. ubi omnia de hac quaestione reperies & Thom. Sanchez in consil. Moral. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dubio 30. & novissime Narbona, de state, anno 25. quest. 41.

An autem Judex ex officio possit accusatorem inhabilem repellere, parte non opponente, vide eundem Farinacium in eadem num. 56. ubi distinguit, quod si accusator est inhabilis, & repellitur à Jure odio ipsius, ut Judæus, hæreticus, infamis, & similes, potest repelli à Judice, etiam parte non opponente, secus aliàs; ubi etiam numer. 55. quod quando inhabilitas provenit à Jure civili debet opponi à parte ante litem contestatam; si vero provenit à jure gentium, vel naturali, etiam post litem contestatam: vide etiam Barbofam in collectanea cap. 1. dicto titul. de accusat. ubi de accusatore repellendo per Judicem, eandem distinctionem laudat, & vide Carlevalium de judiciis, tom. 2. tit. 2. disputatione 4. ex num. 13.

Ad num. 32. ibi: Adde tamen quod omnes ista persona, &c.

Accusatorem inhabilem esse admittendum, si suam vel suorum injuriam prosequatur, ut hic resolvitur docent omnes supra relati num. precedenti, maxime Tiberius Decianus dicta parte 1. lib. 3. c. 5. ex num. 2. omnino videndus à Plaza n. 4. & Farinacius dicta quest. 12. num. 56. ubi declarat, dummodò talis inhabilis sit capax ad accusandum, aliàs enim non admittitur, etiam si suam vel suorum injuriam prosequatur, prout etiam non admittitur excommunicatus excommunicatione majori, ut probat ipse Farinac. ibid. n. 31. & 32. & latissime Sayrus in tractatu de censuris, l. 2. cap. 7. ubi quod excommunicatus denunciatus non potest accusare, & hac exceptio in quacumque parte judicii obijci potest, etiam si suam vel suorum injuriam prosequatur & etiam si alterum excommunicatum accusare velit præterquam in crimine hæresis, & n. 8. quod prædicta exceptio non solum à reo, sed etiam à quocumque sive masculo sive femina opponi potest: eum omnino videas, & Farinacium, etiam quaestione 13. n. 14.

Ad num. 33. ibi: In quo articulo breviter dico, &c.

Quod Clericus si prosequatur suam injuriam propriam, vel offensam Ecclesie suæ licite possit laicum accusare, etiam si veniat imponenda poena sanguinis, protestatione præmissa; & tunc non incurrit irregularitatem, ut hic resolvitur, docet Covarruv. dicens communem in Clementina si finisus, Clarus in praxi. §. fin. q. 14. n. 3. ubi ejus Additionator, & plurimos pro hac parte referens Sayrus de censuris l. 6. cap. 1. num. 2. ubi n. 3. Quod etiam si omittat protestationem, non peccabit mortaliter; & n. 4. & c. disputat quid dicendum, si dicta protestatio ficto animo fiat, verè intra se intendens mortem, in quo duas communes contrarias opiniones adducit; & tandem probat irregularitatem non incurri (de quo etiam videas Cenedum in collectan. cap. 1. de homicidio, in 6.) & n. 6. docet quod si Cleri-

cus civiliter accuset, prævidens probabiliter delinquentem incurere periculum poene sanguinis, tunc necessarîo requiritur protestatio, ut irregularitas evitetur: Suarez de co. suis, disputatione 47. sessione. 2. Farinacius in fragmentis, verbo, Clericus, num. 408. & Barbofa alias referens, in collectanea c. 9. ne Clerici vel Monachi, &c. Sed prædictam communissimam sententiam novissimè impugnat Brito Lusitanus in e. poenit. de locato, & conducto, §. 1. ex n. 37. quem videas, & Farinacium iterum quest. 12. n. 12.

Item de Monacho accusatore, vide quæ diximus supra, n. 31. & Thomam Sanchez in summa l. 6. c. 12. per totum, ubi etiam agit quid si ipse Monachus accusetur.

Ad num. 34. ibi: In quo breviter dico, &c.

Et ibi: Ex qua lege juncti superioribus, &c. Suorum injuriam prosequi, dicit illum, qui accusat pro consanguineo usque ad quartum gradum, ut hic resolvitur, docet Azevedus in leg. 2. tit. 10. l. 8. Recop. n. 63. id comprobatur jure Regio, ubi n. 66. agit, in hoc casu an taliter accusatus possit reaccusare accusatorem (suum de crimine non tangente foam vel suorum injuriam, & aliàs; & vide Gratianum regula 63. & 75. nec dissentiant Clarus in praxi, §. fin. quest. 14. num. 2. & Farinacius quest. 12. n. 58. ubi ait non esse recedendum ab opinione nostri Gorzeii in presentibus, qui in effectu tenet quod de jure communi, usque ad sextum gradum & de Jure Regio, usque ad quartum gradum, dicta resolutio procedere debet, & addit cum Claro ipse Farinacius ibid. etiam intelligi prosequi suorum injuriam parentes, & descendentes: omnes item patroni, & patronæ, & eorum liberi, frater, soror, uxor, socer, socrus, gener, nurus, vitricus, noverca, & privignus, de quibus omnibus, & aliis, qui ad accusandum admittuntur prosequentes suorum injuriam, videndus est omnino ipse Farinac. quest. 13. per totum, ubi latissime explicat qui admittantur, & preferantur in accusando, & pacem seu transactionem faciendam, & quid in uxore, seu sponsa de præse, in amico compatre, vel comatre, filio spurio, vel adoptivo, & reliquis omnibus, & n. 19. & seq. explicat, quid in Monacho pro injuria sibi illata, de quo etiam late Pater Thom. Sanchez in summa l. 6. c. 12. & nos etiam de prædictis, maxime de pace seu transactione faciendam, iterum agemus infra, in c. 3. de homicidio.

Ad num. 35. ibi: Et magistraliter, & resolutivè dico, &c.

Quod si plures extranei concurrant ad accusandum super eodem delicto, Judex eliger magis idoneum, secus si concurrat aliqui qui suam vel suorum injuriam prosequatur, is enim præferendus est, & inter plures hujus qualitatibus, qui proximior est, & si omnes sint in eodem gradu, omnes sunt admittendi; præterquam si unus litem contestatus est: ita resolvit Gomez. bo. n. & tenent communiter Doctores, ut constat ex adductis per Plaz. in epitom. de ult. l. 1. c. 39. n. 17. & in c. 36. n. 15. ubi de pluribus concurrentibus in eodem gradu: Clarus recepta, §. fin. quest. 13. ubi ejus Additionator, Tufch. lit. A. conclus. 161. Paz in praxi, tom. 1. p. 5. c. 3. ex n. 17. & late Farinac. in sua praxi, quest. 13. ex n. 1 ubi n. 16. declarat quod illi qui debent admitti tanquam prosequentes suorum injuriam debent intelligi juxta dicta supra, n. precedentibus, nempe in consanguineis usque ad quartum gradum; & n. 6. ampliat dictam resolutionem de proximior præferendo, ut procedat

procedat etiam si remotior prævenierit in accusando, quia proximior adhuc illi esse præferendus, etiam non resectis expensis; vide eum per totam quaest. nem. ubi bene explicat per ampliationes, & limitationes.

Item circa concordiam, & pacem faciendam super delictis, vide infra in c. 3. de homicidio.

Ad num. 36. ibi: Et breviter dico, &c.

Quod accusator mortuo, vel impedito, alius possit intra 30. dies accusationem prosequi, aliàs si velit de novo accusare, possit illud facere intra tempus præfixum accusationibus, ut hic resolvitur, docent Clarus recepta, §. fin. quest. 5. 1. ex n. 9. ubi Additionator Pichardi in manum, 4. part. præcept. 4. n. 1. ubi quod morte accusatoris accusatio extinguitur, non crimen: Sebastianus Med. in tract. in omnia solvit. 2. parte, conclus. 2. n. 51. ubi quod hæres accusatoris non potest prosequi accusationem in talis, sed bene ab altero poterit accusari reus; Villadiego in Politicis, c. 3. in 179. Barbofa in l. 2. ff. soluto matrimonio, l. 1. parte, num. 111. & 116. vide ad hunc numerum Farinac. quest. 4. n. 31.

In accusante autem ob primam injuriam, an instantia videatur precepta morte ipsius accusatoris, veluti si mulier stuprum passa, moriatur, an vir stupri reus adhuc teneatur honorem amissum restituisse, in quo Bajardus ad Clarum §. stuprum, num. 2. Capetius variis num. 3. parte, c. 11. ex num. 112. Fontanel. de Pænit. nuptial. conclus. 51. glossa 5. parte 1. n. 86. & seggi & eos referens D. Franciscus de Amaya in l. 9. C. de jure fisci, l. 1. 10. ex n. 64. tenent stupratorem teneri ad dotis constitutionem, etiam si mulier decesserit pendente lite, cum hoc jus ad hæredes transmittatur, eum vide.

Ad num. 37. ibi: Ex quo etiam notiter, & simul dicit infero, &c.

Circa prosecutionem accusationis super qua fuit facta satisfactio, vide omnino Barbofam in l. 2. ff. soluto matrimonio, l. 1. parte, ex n. 110.

Ibi: Sed circa prædicta subtiliter, necessarîo quæro, &c.

Vide omnino Padillam, in l. si ex falsis, Cod. de transactionibus, Gratian. regula 6. & Ceval. q. 487.

Ad num. 38. ibi: In quo ista est veritas, & notabilis resolutio, &c.

Si diversæ poenæ imponuntur cumulativè diversis legibus, omnes debent imponi pro eodem delicto, si autem non constat tacite nec expresse, an posterior lex poenam corrigat priorem, per legem novam in dubio intelligitur corrigi prior; ita in effectu resolvit noster Gomez, & docent Clar. recepta, §. fin. quest. 85. num. 51. Menoch. de recuper. remed. ex n. 338. usque ad 392. (vide conclus. 101. post opera Roderie. Suar.) & plures referens Andreas Fachin. l. 9. contraversi. c. 11. ubi laudat nostrum Gomez. Tufch. lit. P. coroll. 234. qui omnes docent poenam statuti posterioris imponendam, & non legis prioris, vide etiam Matienz. in l. 5. tit. 1. glossa 4. n. 3. & l. 7. glossa ultima, eodem tit. l. 5. & in Dial. 3. p. c. 34. ubi in aliquibus à nostro Gontez. dissentit, regulariter enim lex nova non præsumitur corrigere antiquam, de quo late Menoch. de presump. l. 6. presump. 38; nihilominus autem ex conjecturis correctæ videtur ut ibi probat ipse Menoch. quod etiam in hoc casu dicendum videtur ex resolutione Gomez. & ex adductis supra maxime per Fachinæum quem omnino videas, & Gratian. in regula 291. n. 3. Anson. Gomez Variar. Resol. Tom. 1. l. 1.

& ante omnes Thom. Sanchez de matrim. lib. 31. disput. 48. n. 3. & §. 97. & num. 8. ubi limitat in poenis ipso jure impostis, & Cenedi: p. 9. n. 3. ubi quid si post delictum nova poena imponatur, de quo etiam D. Larrea allegat. on. fiscali 37. num. 12.

Ad num. 39. ibi: Unum tamen est, &c.

Quod poenâ aliqua ex diversis impostâ tñtî possit amplius reus aliâ puniri; possit tamen Judex ab initio eligere quam velit; attentâ qualitate negotii, edprobatur ex adductis supra, n. præced. maxime per Clarum q. 85. n. 6. Menoch. de arbit. r. quest. 94. late, & per Farinac. in praxi quest. 4. n. 1. ad finem; Navarrum in e. consideret; §. poenat. de poenitent. distinctione 5. n. 12. Sayrum in clavi Regia, l. 1. c. 8. n. 14. Barbofam in collectanea cap. 1. in rapula de vita & honestate Clericor. n. 6. & in e. quoniam frequenter; num. 301. ut lit. non contestata, Caneet. variis, 3. part. l. 9. ex n. 161.

Et non poterit Judex variare si semel imposuit poenam delinquenti: ex Baldo l. data opera, C. de accusationibus Bertachini. in suo reperitorio, verborum poenâ alteratur; & hoc comprobatur extat per l. 2. tit. 9. part. 7. & optime Gratian. in regula 480. per totam, ubi limitat tripliciter cum Felino in cap. quod olim de Judic. tit. 4. & in ead. deberrandum, eod. tit. & maxime nisi poenitentia in pecuniâ eam non haberet, quia debet et tunc imponi poenâ corporalis, ut alibi dictum manet.

Ibi: Ex quibus infero, & declaro, &c.

Vide supra relatos n. 38. maxime Matienz. in Dialog. 3. part. c. 34. omnino.

Ad num. 40. ibi: Sit Prima conclusio, Et ibi: Secunda conclusio. Et ibi: Tertia conclusio, &c.

Poenam seu poenitentiam impostam pro foro poenitentialem, etiam si sit publica; & poenam medicinalem; ut excommunicatio; vel præparatoriam ad poenitionem; ut est degradatio; non impedire aliquo modo poenam imponendam in foro judiciali, ut hic resolvitur & docent; & comprobant Cotruv. variis, resolutioni. l. 3. c. 10. n. 3. Clarus in §. final. q. 57. num. 10. Gail. de pace publicâ, l. 2. c. 11. n. 26. & seg. Thom. Sanchez de matrim. l. 3. disp. 48. n. 8. ubi agens de poenâ excommunicationis impostâ Sacerdoti regulari solemnizanti matrimonio absque proprii Patrochi licentia, per Clementinam 1. de privilegiis, ait hanc poenam non corrigi per aliam suspensionis ad nutum Ordinarii, impostam per Tridentin. sessione 24. de matrim. c. 1. & Farinac. in praxi, q. 4. n. 5. & 8. & 9. plures Doctores referens, addensque rationem esse, quia per poenitentiam Deo & Ecclesie fit satisfactio, per poenam autem legalem fatistit Reipublicæ, & amplius dictam resolutionem procedere, etiam si poenitentia vel absolutio fuerit impostâ per Papam, vel alium Prælatum habentem jurisdictionem in temporibus contentiosam, quia præsumitur processisse in foro poli tantummodo; & n. 6. ampliat, etiam si poenitentia fuerit publica, eam vide; & Aviles cap. 25. prætorum, v. vbo; La præmatica, late, ubi etiam de infidelibus Baptizato; liberetur à poenâ delicti.

An autem Judex Ecclesiasticus possit in delictis mixti fori capere delinquentem propriâ auctoritate, vide Paz in praxi, tom. 2. prædulo 2. ex n. 54. plures relatos à Caneetio 3. parte, c. 19. num. 57. & sequentibus; ubi late de poenitione in delictis mixti fori, & D. Joseph. Vela de potestate Episcopi, ex num. 300. latissime ubi plures

rimos refert; & n. 84. ubi quod per penitentiam in foro sacramentali impositam blasphemus non liberatur à pena in foro judiciali, & in hoc alios plures commemorat, & ibi delicta quæ sunt mixti fori refert.

Item in his delictis mixti fori, & aliis casibus quomodo inducatur præventio: vide Farinac. consil. 134. l. 2. n. 3. Maltil. decis. 2. 10. ex n. 3. post Bos. in sit. de foro compet. num. 97. & seq. qui resolvunt quod præventio per citationem verbalem non impeditur per præsentationem sponte factam à reo, sed per capturam de mandato Judicis Giurb. consil. 48. Tusch. lit. P. conclus. 646. & 647. Cancet. 2. parte. 2. num. 209. Carleval. de iudiciis, l. 1. disp. 2. quest. 7. sessione 3. ex num. 888. & per totam, ubi n. 867. alios plurimos refert materiam præventionis explicantes, inter quos maxime commendo Farin. q. 7. ex n. 52. Gaaz. de defensionib. reor. defens. 1. cap. 9. & 10. Azevedum, l. 10. tit. 13. l. 7. ex n. 1. Decianum l. 4. c. 20. 21. & 22. & præter eos Bobadillam, l. 2. c. 13. n. 74. Barbol. de iur. Eccles. c. 39. §. 4. n. 5. Anayam l. 2. C. de exactionibus tributorum, n. 60 ubi quod præventio non inducitur ex actu nullo.

Ibi: Quarta conclusio, &c.

Et ibi: Et certè in hoc dubio.

Quod in delicto mixti fori si per Judicem Ecclesiasticum non fuerit imposita competens pena, possit reus capi, & puniri per Judicem secularem, si verò fuerit captus, & punitus per Judicem secularem, quod postea non possit puniri per Ecclesiasticum quia semper pena imposita à seculari præsumitur competens, resolvit Gomezius in præsentis, & docet Covarruv. l. 2. variarum, cap. 10. num. 6. Clatus receptarum, §. fin. quest. 57. num. 11. & sequentibus, ubi Bajarus Avendañus 2. parte, c. 5. pretorum, num. 18. & c. 16. num. 16. & cap. 26. num. 5. Villalobos in suis communibus, versiculo, condemnatus, num. 123. Bossius in præctica, tit. de foro competenti, n. 147. Scaccia in tractatu de iudiciis causarum civilium, & criminal. c. 12. num. 91. Bobadil. in politica, l. 2. c. 17. n. 98. & c. 18. n. 234. Barbol. in l. 2. ff. soluto matrim. l. p. n. 140. & in l. Titia, n. 55. ibid. Bolan. in Cur. 3. part. §. foro Ecclesiasticum, num. 33. Menoch. casu 539. ex num. 34. Paz in præxi, tomo 2. preludio 2. num. 49. & sequentibus. & plurimos refert qui hanc questionem explicarunt, Barbola in colleclanea ad c. cum sit generale, de foro competenti, num. finali: ubi num. 3. & 4. docet cum multis, quod pro crimine sacrilegii, quod est mixti fori, potest quis coram Iudice seculari, vel Ecclesiastico conveniri; optimè Farinac. in præxi, quest. 4. ex num. 7. usque ad 13. ubi n. 10. declarat, quod quando alter Iudex procedit in causa, quia per primum competens pena non fuit imposita, tunc prima pena computatur in secunda, & secunda suppletur per primam, ne reus plus iusto puniatur, & explicat quomodo hoc fiat, & n. 11. addit, quod si contingat, quod per Judicem Ecclesiasticum fuerit imposita pena condita, non poterit Iudex secularis contra eum procedere, de quo iterum ipse Farinac. in tract. de immunit. Eccles. ex n. 236. & n. 362. & seq. vide etiam Thom. Sanch. de matr. l. 3. disp. 54. ubi quod delictum clandestini matrimonii est mixti fori, unde Iudex qui prævenit, si ve Ecclesiasticus si ve secularis, puniet illud, & n. 7. & 8. optimè explicat supradictam resolutionem; & n. 6. addit, quod Iudex Ecclesiasticus inhibe-

re poterit secularem quando agitur de valore dicti matrimonii clandestini, non verò quando agitur de ejus punitione, opinè etiam Cenedus in q. 36. ex n. 25. ubi rectè explicat dictam resolutionem; iterum Barbol. in collecl. ad l. 2. C. de sponsul. & sumptib. n. 6. & 8. ubi notat quod quando ex defectu jurisdictionis non imponitur pena competens delicto, tunc post impositam penam minorem recurritur ad alium Iudicem qui potest competentem impobere, & novissimè D. Joseph. Vela dissertatione 10. ex n. 51. quem etiam videas in tractatu de potestate Episcopi, ex n. 117. qui etiam plures refert, & delicta mixti fori commemorat D. Larea desig. Granat. l. 1. n. 25. post Cancet. variar. 3. part. c. 19. n. 61.

Et ex prædicta regula nempe quod quando delictum non est sufficienter punitum per Ecclesiasticum, potest se intrinmittere secularis, insert Mexia de pens. conclus. 5. n. 71. quod si Iudex Ecclesiasticus requisitus condignam penam non imponeret Clerico transgressori illius pragmatice, & in hoc esset negligens, tunc Iudex secularis poterit se intrinmittere, & usque ad debitam pragmatice penam supplere, quod tamen rectè improbat Guttier. l. 5. practica, quest. 138. num. 23.

Ad num. 41. ibi: Pro cuius perfecta declaratione dico, &c.

Ad num. 42. ibi: Et resolutivo dico quid primus effectus est, &c.

Quod Iudicis arbitrio relinquatur quando delictum dicatur notorium attendit qualitate facti, loci, temporis, & quantitate personarum intervenientium, numero, & qualitate eorum docent Menoch. de arbitrariis casu 166. n. 7. Mascard. in l. 110. l. 18. & alii plures in unum congesti à Farin. in præxi, §. 18. ex n. 104. & consil. 30. n. 90. & q. 21. n. 47. ubi per totam questionem explicat omnes modos quibus aliquid dicitur notorium, de quo etiam videndi sunt fere infiniti Doctores ab eo relati per discursum questionis, & Barbol. in tract. de nominibus appellatis, sub ditione, Notorium, & Tusch. lit. N. verbo notorium idem Barbol. in collecl. l. 1. tit. 20. c. 35. n. 7. & c. 3. tit. 21. l. 1. in decretal. & l. 3. tit. 2. c. 8. n. 3. & l. 5. tit. 40. c. 24. n. 2. & 3. & Sylvest. & omnes Summisæ verb. Notorium, Sayr. de cens. l. 2. c. 12. n. 19. Suar. eodem tractat. disp. 9. n. 11. Reginal. in præxi fori penitentialis, l. 1. c. 10. n. 121. & 122. Molina de iustitia, tom. 5. disp. 31. per totam, Carleval. de iudiciis, tom. 2. disp. 2. ex n. 46. Sanchez in consil. Moralibus, tom. 2. l. 6. cap. 3. dubio 3.

Et quod in notoriis delictis non requiratur accusator, nec libellus, nec litis contestatio, nec alia solemnitas, imò nec probatio delicti, ut hinc resolvitur, docet Paulus Parisius, consilio 147. tom. 4. Mascardus de probationibus, conclus. 1103. Surdus decis. 259. num. 14. & decis. 326. num. 8. Menochius de recuperanda poss. remedio 13. numer. 264. Barbola in colleclanea cap. 21. de iurjurando, num. 4. ubi quod debet proponi, licet non probetur, & in cap. 8. de cohabitacione Clericorum, & mulierum, num. 6. & melius in cap. 9. de accusationibus, & inquisition. n. 5. ubi quod notorium non indiget probatione, nec protestatione, & Farinacius optimè in præxi, §. 21. ex n. 80. usque ad numerum 111 ubi num. 88. declarat dictam resolutionem nempe probationem non requiri in notoriis, ut procedat in notorio facti continui, & permanentis, quod scilicet comprobatur, &

& quod clari minime potest, in eo enim probatio non requiritur; secus in notorio facti transeuntis, & momentanei, ut homicidium, de eo enim si per partem negatur, debet prius Iudici ut Iudici constare, & super eo debet Iudex informationes assumere, & non potest super eo procedere, juris ordine non servato, nisi prius notorietate probata delicti, ut præfati Doctores asserunt; vide etiam Salgadum de protectione 3. parte, cap. 14. ex n. 47. latissimè, ubi etiam de appellatione non admittenda, Scaccia de iudiciis, l. 2. c. 9. ex n. 221. latissimè.

Ad num. 43. ibi: Citatio tamen, &c.

Citationem requiri etiam in causa delicti notorii resolvit Gomezius, præter quam si scandalum, & præjudicium fieret Reipublice ratione moræ, & ita tenent plures relati à Farinacio dicta questione 21. numero 57. asserentes citationem requiri, si ve sit notorium facti, si ve juris, & quod alias processus sit nullus, ubi etiam refert alios plures contrarium tenentes, imò citationem non requiri, & tandem cum aliquibus limitationibus contrarias in hoc opinionem ad concordiam reducit, nempe quod quando proceditur contra absentem citatio requiratur; secus quando ex actis constat nullam reo competere exceptionem seu defensionem, vel quando ex mora executionis sententiæ fiat præjudicium Reipubl. propter futurum scandalum in Populo, quia tunc potest omitti citatio: vide eum usque ad numerum 76. ubi bene explicat, & Matienzum, & Rebuffum relatos à Barbola in colleclanea c. 21. de iurjurando, numero 6. cum quibus ipse regulam negativam constituit, scilicet in notoriis non requiri citationem, & Tuschum litera C. conclusionem 272. ex num. 6. vide etiam Salgadum supra, & Scacciam de iudiciis, lib. 2. cap. 9. ex n. 241.

Ad num. 44. ibi: Requiritur etiam probatio delicti notorii, &c.

Aliqualem probationem requiri in delicto notorio, saltem per duos testes affirmantes de veritate delicti & ejus notorietate, licet non formaliter, & solemniter, nec ordine judiciali servato, nec termino probatorio assignato, sed simpliciter, & sine juris solemnitate, docet Gomezius, & probant Vivius in commento 1. verbo, Notorium, in versiculo, imò Iudex, Clarus receptarum, §. fin. questione 9. num. 5. & 6. Mascardus conclus. 1103. num. 10. & 31. Bossius in titulo, quomodo procedendum in crimine notorio, num. 3. & 8. Gratianus de scripturam c. 92. num. 18. & cap. 596. ex n. 2. & c. 525. num. 9. c. 527. num. 22. & alii plures in unum congesti à Farinacio in præxi, questione 21. n. 84. 85. & 86. sed ut jam dictum manet supra, n. 41. distinguendum est inter delictum facti continui, & permanentis; & delictum facti transeuntis & momentanei; vide ibi, & Salgadum de protectione, 3. parte, c. 14. ex n. 48. & Scacciam supra.

Ad num. 45. ibi: Similiter citam requiritur sententiæ, &c.

Sententiam licet non in scriptis, nec cum alia juris solemnitate requiri in delicto notorio, ut resolvit Gomezius, docet Clarus receptarum, §. fin. quest. 9. n. 8. Scaccia lib. 1. de iudiciis, c. 98. num. 10. Molina de iustitia tomo 1. disp. 95. n. 32. Barbola in collecl. cap. evidencie, de accusatione, & inquisition. n. 7. & alii plures relati à Farinacio, in dicta quest. 21. n. 114. & 115. ubi distinctionem nostri Gomezii comprobatur, &

benè pater Thomas Sanchez in summa, lib. 2. cap. 22. numero 15. ubi agens de delicto notorio hæresis, ait adhuc in eo requiri sententiam non solum declaratoriam, sed etiam per quam applicetur pœna fisco, indeque insert contra alios, quod si fisco ante sententiam occupet bona hæretici notorii, illa teneatur restituere, & vide omnino Scacciam supra, ex n. 241. Carleval. de iudiciis, lib. 1. tomo 2. disp. 1. ex n. 14. & Salgadum supra, n. 50.

Ad num. 46. ibi: Item adde quod in crimine delicti notorio, &c.

Judicem non posse recufari in crimine notorio, quando certa pœna est à Iudice determinata; secus quando est arbitraria, ubi resolvitur, docent plures relati, & secuti à Farinacio, in præxi, questione 21. n. 129. & 130. ubi amplius declarat, nempe tunc recufationem non habere locum quando notorium est facti permanentis, secus si transeuntis; & in fragmentis, verbo Iudex, num. 70. Idem tenet alios referens Barbola in colleclanea cap. 61. de appellacionibus, numero 13. ubi etiam ait, numero 11. quod quando Iudex recufatur ex causa notorie frivola potest continere recufationem, & ad ulteriora procedere.

Ad num. 47. ibi: Postremò etiam dico, &c.

Appellationem non habere locum in delicto notorio, quando Iudex reum condemnavit ut de crimine notorio, secus si simpliciter condemnavit, ut hic resolvitur, docent Ducas in regula 42. numero 12. Clarus reo. 10. num. §. final. questione 94. numero 2. Lancelotus de autentatis, secunda parte, cap. 11. limitat. ene. 9. ex numero. 1. Gratianus de scripturam, cap. 383. numero. 7. & 444. numero secundo, & n. 572. ex n. 44. Scaccia de appellacionibus, quest. 171. limitatione 4. ex numero. 13. de iudiciis causarum. libro primò, c. 97. num. 119. Barbola in colleclanea cap. 5. num. 19. & cap. 14. de appellacionibus, numero secundo, ubi sex limitationes adducit; Primam scilicet, ut appellatio locum habeat quoad effectum devolutivum: Secundam, in declaratione notorii: Tertiam, si in appellatione exprimitur causa rationalis, officians notorium: Quartam, quoad excessum pœnæ: Quintam, in notorio probationis: Sextam, in manifestis non notoriis, in his enim casibus appellatio admitti debet, de quibus, & aliis, videndus omnino est Farinacius in præxi, quest. 21. num. 117. & pluribus sequentibus, & in quest. 101. ex n. 64. & 110. & 124. & 131. & vide omnino Salgadum de protectione, tertia parte, cap. 14. ex n. 54. latissimè.

Ibi: Unum tamen est, &c.

Post inhibitionem non posse Iudicem à quo, exequi suam sententiam in casu superiori, ut resolvit Gomezius, docet Carter, in præxi, crimin. in tractatu de appellacionibus, §. secundus casus, num. 4. Lancelotus de autentatis, cap. 12. limitatione 9. num. 9. Gratianus de scripturam, cap. 383. n. 2. generale enim est in quolibet casu ubi appellatio non est prohibita, Iudicem à quo non posse ad executionem sententiæ devenire post inhibitionem Iudicis ad quem, ut ex eodem Lanceloto, & aliis, probat Farinacius, dicta q. 21. num. 122. & 123. & vide Salgadum supra, & 1. parte, c. 1. §. 1. ex num. 29 ubi limitat, & declarat, & 2. parte, c. 15. n. 47. ubi quid si appellatum fuit ab uno tantum articulo.

Ad numerum 48. ibi: Item adde quod idem est

in delicto notorio, & facta commisso in presencia Ju-
licis, &c.

Quòd in delicto commisso in presencia Ju-
dicis, possit ipse Judex procedere tanquam in de-
licto notorio, & quòd hoc casu non requiratur
probatio, nec processus, nec alia solemnitas, sed
statim possit delinquens puniri, licet sit tutius,
recipi probationes brevi tempore ne quid impu-
tetur Judici, ut hic resolvitur, docent Carcerius,
in practica crimin. tractatu de appellacionibus, §.
secundus erit casus, ex num. 21. Boffius etiam in
practica, tit. de denuntiatione, num. 4. & segg. &
in titul. quomodo procedatur in crimine notorio, nu-
mer. 7. Malfardus de Probationibus, conclus. 1103.
num. 16. 18. & 19. Paris de Parco, in tractatu
de syndico, relatus & secutus per Carter. supra,
& alii plures apud Farinacium in praxi dicit. qua-
stione 2. in num. 158. & sequentibus, usq. ad 166.
ubi optime declarat, & laudat nostrum Gome-
zium, ubi etiam ut tutius consulti, quòd fiat pro-
bato delicti, continens quomodo testes viderant
reum deliquisse, coram Judice pro tribunali se-
dente, vel actum justitiæ exercenti, multis as-
stantibus (prout hæc omnia debere concurrere asserit)
cum non sufficiat ut Judex sit solus, vel non
exercens actum justitiæ, ut ipse ait ex Carterio,
& aliis supra, & tandem cum eodem Carterio, &
Follerio agit, quid si delictum fuerit commissum
coram Judice, & Notario, & Notarius de man-
dato Judicis illum deliquisse scripserit, de eo si-
dem faciens.

49 Ad numerum 49, ibi: In quo articulo resolutivè
dico, &c.

Regulariter Judicem ex officio procedere
non posse per Inquisitionem super aliquo deli-
cto præter novem casus hic enumeratos resolvit
Gomezius; & est communissima resolutio, ut
constat ex Bernardo Diaz in regula 336; Claro
receptorum, finali, questione 31. & 5. & 6; & aliis,
pluribus relatis, & secutus à Farinacio in praxi,
questione 1. ex numero 71 usque ad 11. ubi docet,
quòd hodie de consuetudine in omnibus delictis
indistinctè ex officio procedi potest, & per totam
questionem adducit, & explicat requisita necessa-
ria quæ debent precedere Inquisitionem, quo-
rum præcipuum est, ut ante omnia constet de
corpore delicti, quòd etiam latius prosequitur, &
explicat quest. 2. per totam, & consilio 23. & con-
silio 25. num. 68. l. 1. omninò videndus, de quo
etiam vide infra, c. 19. numer. 2. Scaccia de judiciis,
l. 1. c. 83. & seg. ubi latè de Inquisitione, Gra-
tianus reg. 119. Menochius consil. 100. n. 58. &
seg. Paz in praxi, tomo 5. part. in principio, Cantera
questionum criminalium, preludeo, num. 1. Barbo-
la in collectanea, cap. qualiter, & quando de accusatio-
nibus, & Inquisitionibus; ubi optime probat, fa-
mam seu infamiam procedere debere Inquisiti-
onem; & quòd hæc fama debet ortum habere à
fide dignis, & non malevolis personis; & quod
super hoc non creditur Judicem, nisi probetur;
& numero 12. & sequentibus, quatuor limitationes
congerit, & addit quòd de jure Regio absque
infamia procedit ad inquisitionem, cum vide-
as, & Pichardum omninò in manductionibus,
tertia parte, §. 2. ubi num. 4. ait, quòd hodie ex
l. 3. & 4. titul. 1. l. Recopil. generalis Inqui-
sitiō fieri non potest absque Regis mandato, præ-
terquam si de certo genere delicti fiat contra in-
certas personas dummodò infamia præcedat; &
denique in num. 6. modum procedendi per inqui-
sitionem explicat, quomodo debeat creari pro-

curator fiscalis, vide etiam Gratianum reg. 241.
& D. Joseph Vela de potestate Episcopii, ex nu-
mer. 144. latè.

Ad numerum 50, ibi: Et breviter dico quòd
sic, &c.

Modum procedendi per inquisitionem præ-
scribit noster Gomezius in presenti, & de eo vi-
deri poterunt Doctores supra relati num. præce-
denti, maximè Pichardus num. 6. & Bobadilla
& Segura de Avalòs ab eo relati, & Scaccia de
judiciis, l. 2. cap. 83. & segg. & Farinac. disti-
nctione 1. ex num. 1. & per totam, Paz in praxi,
1. tom. 5. parte 3. cap. 11. ubi num. 41. quando per-
mittitur inquisitiō generalis de jure Civili, Ca-
nonico, & Regio, & num. 13. modum pro-
cedendi contra personam particularem infamatam
ex generali inquisitiōe explicat, & num. 14. ad-
verit quòd in generali inquisitiōe omnes testes
etiam minus idonei admittuntur, quia in ea Ju-
dex tantummodò intendit se instruere ad proces-
sum particularem formandum ad punitionem,
Gutierrez allegatiōne 23. Sayr. in clavi Regia,
l. 11. cap. 10. num. 8. usque ad finem, & c.
11. per totum, Tufchus littera I. conclusiōne 177. &
sequentibus.

Ad num. 51, ibi: Et breviter teneo, &c.

De jure civili Judicem ex officio proceden-
tem debere imponere poenam ordinariam deli-
cto, de jure verò Canonico reum mitius punien-
dum, nisi delictum fuerit notorium; vel pro-
batum per confessionem partis; resolvit Gome-
zium in presenti, & comprobant Menochius de
arbitrariis, lib. 1. questione 96. ex num. 10. Sar-
miento secleratum, libro primo, cap. 1. num. 31.
Gratian. in regula 344. num. 13. ubi laudat no-
strum Gomezium; Barbofa in collectanea c. 214.
de accusatiōe, num. 4. ubi quòd ex illo textu, &
sic ex dispositione juris Canonici minor poena
imponenda est, Azaved. in l. 1. titul. 1. lib. 8.
Recopil. numer. 30. & latius in l. 14. titul. 26. eodem
libro, ubi est text. expressè prohibens modera-
tionem poenarum, vide Gratianum, supra, & re-
solutiōne 20. Federicus inter opera Farinacii, ubi
probat Judicem teneri ex officio condemnare fu-
rem ad restitutionem rei.

Nihilominus tamen ex justa causa posse judi-
cem moderari, seu minuire poenam à lege impo-
sitam, sive procedat ex officio, sive ad instan-
tiam partis, docent latissimè Clarus receptorum,
§. finali, quest. 89. num. 10. Villalobos in arario,
verb. Poena n. 39. Avendañus c. 16. prator. lib. 2.
num. 3. Aviles in cap. 1. prator. verb. Derecha-
mente, ex num. 6. Didacus Perez in l. 9. titul. 16.
lib. 8. ordinamenti, glossa 1. Farinacius latissimè
in praxi, quest. 17. ex num. 10. ubi ferè infinitos
Doctores refert, & ampliat, ut procedat, non
solum in penis legalibus, sed etiam in statu-
tariis, & consuetudinariis, & etiam si Judex ju-
rasset servare statuta, & etiam in penis impositis
ipso jure, & aliis pluribus modis ampliat, & po-
stea limitat, itidemque ex justa causa poenam legi-
s augeri posse offendit Joannes Gratianus, &
plurimos etiam referens, ampliansque & limitans
in regul. 344. per totam, Azavedus in d. l. 14. ti-
tul. 26. lib. 8. Recopil. ubi probat ita explican-
dam, & declarandam dictam legem, nempe quòd
etiam ejus decisiōe extante, poena legalis moderari
potest ex justa causa, optime Gutierrez praxi,
lib. 4. quest. 46. per totam, ubi rectè declarat di-
ctam l. 14. titul. 26. libro 8. & numer. 19. probat
ex multis causam augendi, vel minuendi poenam

expiendam esse in ipsa sententia, & hoc posse
non solum Judices superiores, sed etiam Judices
vulgo dictos, Resquisitores, & de commissis, & etiam
Judices oppidorum electos ab eorum conciliis;
cum omnino vide, & infra, hoc cap. num. 94. &
Carlevalium de judi. tit. 2. disp. 13. & 16.
ubi quid de sententia jam lata.

52 Ad numerum 52, ibi: Sed in hoc articulo dico,
&c.

Civitatem, vel universitatem posse delinque-
re, & puniri, quando deliberato proposito, &
communicato consilio aliquid fecit, vel fieri
jussit, secus si ejus particulares ex improviso, &
non deliberato proposito aliquid commiserunt:
resolvit hoc numero Gomezius; & probat latissimè
Carcerius in practica, in tract. de homicidio,
§. 14. excusar. num. 4. & 5. Avendañus 2. parte,
cap. 29. num. 12. & Menochius de recuperanda,
remedio 9. num. 123. Baëza de debitor. cap. 13.
& vide conclus. 103. post opera Roderici Suarez,
Mynfingerus observatiōne 78. cœmura 4. versè.
Et in hac sententia, Clarus receptorum, §. final.
questiōne 16. Gail de pace publica, lib. 1. cap. 9.
tom. 1. & 2. Molina de justitia, tom. 4. disp. 35.
Tufchus littera V. conclus. 273. Gratianus regula
153. n. 8. Cancerius 3. parte, c. 4. ex n. 115.
& latissimè quamplurimos referens Farinacius
quest. 24. ex num. 108. ubi dictam resolutionem
declarat omninò videndus; & num. 129. & segg.
& quest. 112. num. 22. vide etiam D. Larcæam
allegat. §. final. 13. n. 16.

53 Ad numerum 53, ibi: Et breviter, & resolutivè
dico, &c.

Pœnam pecuniariam locum habere in civitate,
seu universitate, & solvendam esse de bonis ejus,
si habet, aliàs cogatur imponere collectam, &
similiter in delictis gravissimis, in quibus unus
potest puniri pro alio, etiam puniri posse, civita-
tem ipsam diruendo, & subvertendo, minimè
verò posse puniri singulares personas innocen-
tes; in delictis autem communibus, & simplicibus,
ut homicidium, & alia similia, quòd i poena mor-
tis alteretur, & commutetur in aliam arbitriariam,
resolvit Gomez. hoc numero, & comprobant
Carcerius in practi. in tractatu de homicidio, para-
graph. circa Tertium, omninò videndus, quia
lae, & bene materiam explicat, Boffius etiam in
practica, in titul. Banniri quæ possunt, numero 1.
Clarus receptorum, §. finali, quest. 16. Gail de
pace publica, lib. 2. cap. 9. num. 17. & segg. Par-
lador. quotidianarum, l. 1. cap. 21. ubi de sub-
versione civitatis aratro cruditi; & differentia
88. de quo etiam Ofoaldus ad Donell. lib. 10.
cap. 17. notat, Gratianus de corporationum tom. 1.
cap. 179. & tom. 2. cap. 217. alter Gratianus in
regul. 489. num. 2. ubi quòd si unus de civitate
reperitur culpabilis, tunc in solidum contra eum
facienda est executio; & in regul. 110. num. 6.
ubi an universitas teneatur ex delicto civium
quos prohibere potuit Tufchus littera V. concl.
273. & 274. quem videas, ubi n. 7. ait quòd quan-
do collecta imponenda est, debet restingi ad so-
los delinquentes; Molina de justitia, tom. 4. dispo-
nit. 35. per totam, Barbofa in collectanea cap. Cle-
ricos, de cohabitatiōe clericorum, & mulier. Me-
noch. casu 598. & latissimè plures referens, &
amplians, & limitans Farinacius quest. 21. ex nu-
mer. 115. usque ad 126. ubi n. 127. addit quòd
puniri civitate, vel universitate delinquente, sive
delictum sit gravissimum, sive simplex, & commu-
ne, non per hoc impeditur, quin etiam debeant

puniri singulares cives, qui verè, & realiter deli-
ctum commiserunt, vide eum per totam questio-
nem, ubi omnes difficultates in materia occurren-
tes pertractat fulsissimè, & Cenedum quest. 9. nu-
mer. 30. ubi de poena remittenda multitudini, Pe-
trum Gregor. in synagm. l. 31. cap. 1. num. 18.
& 19. & lib. 23. cap. 6. num. 7.

Et an universitas possit excommunicari, vel
interdicti, vide Sayrum de censuris, lib. 1. cap. 8.
ex num. 15. latè, ubi plures refert.

Ad numerum 54, ibi: Sed teneo contrarium, 54
&c.

Etiam particulares personas, nec non Rectores
& Gubernatores civitatis esse puniendos quando
civitas ipsa deliquit, & punita fuit ut hic re-
solvitur, docent Boffius in practica, tit. Banniri
qui possunt, num. 2. Carcerius in p. alicia, tract. de
homicidio, §. circa quarum, num. 1. & segg. &
in §. circa tertium, num. 2. ubi probat quòd au-
ctor criminis puniatur corporaliter, ceteri verò
poenà pecuniarià; si verò non appareat de auctore,
tunc delinquentes mitius puniuntur, Clarus in §.
finali, quest. 16. ubi laudat nostrum Gomezium
in presenti, & optime Gail, in tract. de pace pu-
blica, lib. 2. cap. 9. num. 33. & 34. in quolibet
enim delicto vel injuria, non solum qui eam fe-
cit, sed etiam qui mandat vel consilium ded-
dit, vel fecit quo magis qui injuriam pateretur,
vel eam procuravit, teneatur, ut optime ex mul-
tis probat Pichardus in §. non solum 12. Institutus,
de injuriis, vide etiam Tufchum littera V. con-
clusiōne 273. Molinam de justitia, tom. 4. dispo-
nit. 35. num. 6. & per totam, & ante omnes be-
ne explicantem Farinacium dista. question. 24. ex
num. 127.

Ad num. 55, & sequent. ibi: Pro cuius perfecta
declaratiōe, &c.

Et num. 56, ibi: Sed his non obstantibus, &c. 56
Et num. 57, ibi: Magistratiter, & resolutivè
dico, &c.

Agit his numeris noster Gomez. primò de
ætate requisita ad quodlibet officium, seu mi-
nisterium jurisdictionis, vel non, & an possit
compelli recipere curatorem minor, si sit Rex,
vel Primogenitus, & alia de quibus [quia non
sunt hujus instituti] videndi sunt Gregorius
Lopez in l. 5. tit. 4. par. 3. glossa 1. Burgos de Paz
in l. 2. Tauri, num. 7. Azavedus in l. 2. sit. 9. lib. 3.
Recopil. n. 1. & 9. Bobadilla in polit. l. 1. cap. 12.
numer. 16. & in c. 6. & 7. lib. 3. cap. 8. numer. 11.
Pichardus in principio, Instit. de obligatiōibus,
qua quasi ex maleficio nascuntur, num. 11. Bolanus
in Curia Philippica, 1. parte, §. eleccion de officio,
num. 12. ubi de ætate in Judice, Rectore, Tabel-
lone, Procuratore, & Arbitro requisita; Paz
in praxi, tom. 1. tempore, l. n. 51. Vela differ. 5. ex
n. 20. ubi quòd minor eger curatore ad judicia,
& quando, & quomodo, & n. 28. quòd in spiri-
tualibus, & beneficalibus minor existere potest
qui veniam ætatis impetavit, de quo ibid. n. 33.
& 34. [latius Narbona de ætate, anno, 25. 9.
34. & 35. ubi quando minor possit existere in
judicio,] & in differentiōne 2. ex n. 19. & de tute-
la, & cura Regis post Molinam, Pelacz, & alios
plurimos, quos refert Gutierrez in tract. de tute-
læ, c. 18. 1. parte, vide omninò ipsum D. Jo-
seph. Vela differ. 3. & 4. qui etiam alios plures
refert, & materiam latissimè prosequitur, & la-
tius Narbona de ætate ad omnes actus requisita,
ubi fulsissimè materiam prosequitur, & de ætate
ad officium Judicis agit, anno 23. quest. 31. &
32. omninò videndus. An

An autem minor possit delinquere, & puniri dubitari solet, in quo noster Gomezius sic ait, quod minor infans usque ad septimum scilicet annum non potest delinquere, nec puniri, utpote carens intellectu & dolo; & idem in minore proximo infantia, hoc est, femina usque ad novem annos & dimidium, & in masculo, usque ad decem & dimidium; & idem tenent Clarus in *pract. ex min.* §. *fin.* 9. 60. in principio, Carreterius in *practi. 4. tract. de homicidio*, §. *circa quartum* n. 2. Duenas *regula* 259. ampliatione 2. Covarr. in *Clementina furiosus, de homicidio*, 3. partes, in *initio* n. 1. Azevedus in *l. 2. tit. 10. lib. 8. Recopilat.* n. 7. Ofuald. ad Donell. l. 12. c. 22. *notatis* lit. R. *Plaza in epitome delictorum*, §. 32. n. 1. & 2. Caldas in *l. si curatorem, verbo, vel adversarii dolo*, n. 55. Menochius de recuperanda, *remedio* 9. n. 36. & seg. & alii relati & secuti à Barbosa in *coll. etiana* c. 1. de *delictis puerorum*, n. 2. Morla in *emporio*, *tit. 5. quest. 7. n. 8.* Gutierrez de *twelis*, p. 1. c. 18. n. 1. & 9. iterum Morla *tit. 12. quest. 4. num. 3.* ubi quod minor proximus infantia nec irregularitatem incurrit ex homicidio, utpote non voluntario; bene Pichard in §. in *summa Instit. de obligat. quæ ex delicto nascuntur*, n. 2. ubi n. 5. docet, Judicis arbitrio relinqui quando dicatur puer proximus pubertati, Tuschus *lit. C. concuss.* 817. *num. 11.* ubi de pueris lapidantibus: & latissime prædictam resolutionem explicans Farinacius *consil. 1. l. 1. additione, littera D. & seg. & in practi. quest. 91. de penis temperandis per totam*, ubi explicat quis dicatur proximus infantia, vel pubertati? & generaliter distinguit omnes ætates [de quo etiam Thomas Sanchez *l. 6. de matrimonio, disp. 38.*] & ex supra allegatis, & aliis concludit ipse Farinacius infantem, & infantia proximum ipso jure excusari abque restitutionis ope, & plures ampliationes, & limitationes ad dictam resolutionem congerit; eum omnino videas, quia fassissime materiam profequitur, & Molinam de *justitia*, *tom. 4. disp. 36. Cerlevalium de iudiciis*, *tom. 2. disp. 6. tit. 3. num. 14.* ubi iudicis arbitrio relinquit, & novissime Narbonam in *tract. de ætate*, infra relatum.

Ad num. 58. ibi: Minor verò qui iam est puber, vel proximus pubertati, &c.
 Puberem, vel proximum pubertati delinquere, & puniri posse, ut hic resolvitur, docent omnes Doctores supra allegati *num. precedentis*, maxime Barbosa, Pichardus, Morla, & Farinacius *ex num. 59.* omnino videndus; & *concl. 64.* post opera *Roderici Suarez*, ubi de restitutione, de qua Avundanus *cap. 17. pratorum*, *num. 3.* Caldas in *l. si curatorem*, §. *minoribus* *ex num. 7.* ex quibus colliges quando quis dicatur proximus pubertati, de quo etiam Cevallos *q. 291.* ubi de jure communi probabilis esse ait hoc iudicis arbitrio relinqui: sed de jure Regio *ex l. 9. tit. 5. part. 6.* proximum pubertati dici post decimum annum cum dimidio, si est masculus, & si femina post novem cum dimidio, eum vide, & Pichardum in §. *actionum autem, Institut. de actionib.* *quest. 20. num. 14.* & Molinam *tem. 4. de justitia disp. 36.* Narbonam in *tract. de ætate*, in *tit. de anno decimo cum dimidio, quest. 3.* & sequentibus, ubi in *quest. 10. ex num. 10.* contendit minorem decem annis cum dimidio non puniri etiam in atrocissimis, contra Commune; & *tit. de anno 14. quest. 4.*

Ad num. 59. ibi: Secus tamen est si consistat in omittendo, &c.

Minorem non teneri nec puniri, ex delicto quod consistit in omittendo, ut hic resolvitur, docent Carreterius in *practica*, *tract. de homicidio*, §. *circa quartum*, *num. 6.* Clarus in §. *fin. 4. quest. 60.* Caldas in *l. si curatorem, vel adversarii dolo*, *ex n. 55.* Oddus de *restitutione in in eorum*, *2. parte, quest. 80. num. 25.* & seg. ubi declarat dictam resolutionem procedere in delictis, quæ solum in omittendo consistunt, secus in iis quæ partim in omittendo, partim in committendo: & late Farinacius in *praxi*, *dicta quest. 92. ex num. 69.* ubi quod ipso jure abque restitutione excusantur minores in delictis in omittendo intra vigesimum quintum ætatis annum; quod bene explicat *utque de num. 76.* Molina de *justitia*, *tom. 4. disp. 36. num. 5.* Barbosa in *l. si mori, ff. de iust. et iur. in rem*, *2.9. Sarmiento selectarum*, *lib. 3. c. 1. n. 9.* Barbosa in *coll. etiana*, *l. licet*, c. *si adversus delictum*, ubi etiam de muliere minore qua non perit tutorem filio; vide etiam Parejam de *instit. in rem edition. tom. 2. tit. 9. resolut. 5. ex num. 3.* & novissime Narbonam de *ætate*, *anno 25. quest. 43. per totam* ubi etiam de non implente exilium, & *quest. 70.* omnino.

Ad num. 60. ibi: Si minor impubes, &c.
 Impuberem etiam proximum pubertati non teneri ex delicto carnis puta adulterio, stupro, & simili, licet sit viripotens, & malitia suppleat ætatem, ut hic resolvitur, docent Carreterius in *practica*, *tract. de homicidio*, §. *circa quartum*, *num. 4.* Plaza in *epitome delictorum*, c. 32. *num. 8.* Caldas in *l. si curatorem, verbo, vel adversarii dolo*, *num. 55.* & plurimos referens Farinacius *disp. quest. 92. ex n. 79.* ubi probat quod excusantur non ope restitutionis, sed ipso jure; & *num. 93.* docet quod si confiteri impuberem esse viripotentem, non in totum excusatur, sed mitius punitur: reprobans in hac parte nostrum Gomezium, [prout eum reprobat Caldas supra,] & *num. 83.* & sequentibus, probat supra dictam resolutionem principalem etiam procedere in crimine sodomia; raptus, coitus cum Judea, vel necitius, quando prohibitio incestus tantum est de jure civili, secus de jure naturali, vel gentium; eum vide, & Molinam de *justitia*, *tom. 4. disp. 36. num. 5.* & Narbonam de *ætate*, *anno decimo cum dimidio*, *num. 26.* ubi quod minor 14. annis impunitus relinquitur in crimine sodomia.

Ad numerum 61. ibi: Similiter & tertio minor, &c.
 Minorem etiam proximum pubertati non teneri ex delicto, quod tantum est punibile per statutum, vel consuetudinem, & non per jus commune seu legem Regiam; quod apud nos est Jus commune; licet sit doli capax, & quod etiam si sit pubes possit restituere hoc casu, resolvit Gomezius in *presenti*, & tenetur, plures relati à Farinacio *dicta quest. 91. num. 141.* & *seg. 97.* [ubi etiam de minore extrahente frumentum, vel non solviente vestigal, & an incidat in commissum, & alia: & in *quest. 25. ex n. 168.* Carreterius *var. 2. part. cap. 1. num. 250.* & *cap. 12. num. 76.* ubi quod minor restituitur, quando delictum non est prohibitum jure divino, vel gentium: sed tantum jure civili: vel consistit in omittendo: & vide supra, *num. 58.* quia statutum non ligat nec comprehendit pupillam: ut notat cum aliis Barbosa in *coll. etiana*, *cap. 2. de delictis puerorum*, *num. 6.* Castillo l. *Tauri, verbo, En los dichos lugares*, Didacus Perez in *l. 26. glossa, de sacra. tit. 9. l. 6. ordinamenti*, Azevedus

vedos in *l. 1. num. 3. tit. 18. l. 6. Recopilat.* Bobadilla in *Palatino*, *l. 4. cap. 5. num. 4.* ipse tamen Farinacius ubi supra alios pro contraria sententia adducit, & tandem utramque opinionem fecedere distinctionis conciliat, *num. 151.* & *seg.* nempe quod si statutum vel consuetudo puniat aliquod delictum, quod etiam jure communi punibile est, tunc minores comprehenduntur, sed mitius puniri debent; si verò tale delictum late communi punibile non erat, tunc minor in totum erit excusandus, nisi scienter eo proposito, & dolo deliquerit; eum vide omnino, & Gutierrez *l. 4. practi. quest. 42. ex numero 17.* ubi loquens de statutis prohibentibus extractionem frumenti, & aliarum rerum vitiarum, ita concludit, probans minorem 25. annorum excusari, nisi scienter, & dolose fecisset, & allegans ad hoc *6. tit. 2. part. 5.* ex cujus decisione taxat doctrinam Gomezii hoc loco, ut videri potest *num. finali illius questionis*, vide Narbonam in *tract. de ætate*, *anno 25. quest. 70.* post Bobadillam supra, *num. 40.*

Ad numerum 62. ibi: Tamen non debet puniri pena ordinariâ, &c.
 Mitius esse puniendum, & non poena ordinariâ minorem 25. annorum delinquentem, ut hic resolvitur, comprobant Duenas in *regula* 259. Covarruvias in *Clementina*, *furiosus*, *parte 3. in initio*, *num. 5.* Plaza in *epitome delictorum*, *cap. 32. num. 11.* Clarus in §. *fin. 4. quest. 60.* Caldas in *l. si curatorem*, §. *vel adversarii dolo*, *num. 55.* & *67.* Morla in *emporio*, *tit. 5. quest. 7. n. 7.* Molina de *justitia*, *tom. 4. disp. 36. num. 6.* Barbosa in *coll. etiana*, *cap. 1. de delictis puerorum*, *num. 3.* & *4.* & in *cap. 2. num. 5.* ubi remissivè; & in *coll. etiana*, *l. 1. Cod. si adversus delictum*, *num. 3.* Molina *tom. 4. disp. 36. num. 6.* Petrus Cavallus *resolucio criminal. centuria 2. casu 134.* & latissime Farinacius *dicta quest. 92. ex num. 4.* & quasi per totam, ubi omnes casus in quibus minori minuenda seu temperanda est poena, congerit, & explicat, eum ampliationibus, & limitationibus, quem vi lege sufficere ibi; & *concl. 101. num. 49.* & Fachinuzum *l. 1. controversiar.*, *cap. 71.* & Menochium *casu 57.* & *244.* & *316.* & *329.* & Narbonam de *ætate*, *anno 25. quest. 43.* & *anno decimo cum dimidio*, *quest. 9. numer. 5.*

Ad numerum 63. ibi: Sed his non obstantibus, &c.
 Judicem præcisè teneri minorare poenam minori, eum mitius puniendo, ut hic resolvitur, probant Plaza in *epitome delictorum*, *cap. 32. num. 10.* ubi declarat dictam resolutionem procedere dummodo à minore petatur, Caldas in *l. si curatorem, verbo, vel si adversarii dolo*, *numero 50.* ubi optime explicat, & hos, & alios referens Farinacius in *dicta quest. 63. ex num. 163.* ubi tandem ait, quod si delictum fuerit atrocissimum, consulatur Princeps; & *consilio 33.* omnino, & iterum *quest. 17. num. 28.* & *seg.* ex causa enim legitima, poena semper minui debet, ex pluribus relatis per Gratianum in *regul. 344.* & Azevedum in *l. 14. tit. 26. l. 8. Recopilat.* & Cevallos, *quest. 540. num. 19.* & *seg.* ubi ad propositum docet, quod licet lex disponat, quod Judex non possit poenam minuire, tamen inspectâ facti qualitate, & circumstantiis loci, & personæ, poena minoranda est; ubi licet videatur loqui per verbum, potest in fine tamen concludit à ratione, & æquitate alienum esse non Ant. Gomez. Variarum Resol. Tom. III.

minorari poenam, ubi iusta causa adest: quod necessitatem inducit: vide etiam Molinam de *justitia*, *tom. 4. disp. 36. n. 6.* & novissime Narbonam de *ætate*, *anno 25. quest. 43. per totam*, late & vide supra, *num. precedentis.*

Ad numerum 64. ibi: Debet sibi per Judicem dari curator, &c.

Minori debere judicem dare curatorem in causa criminali, etiam si habeat patrem, qui tamen poterit esse curator ut quilibet alius, resolvit Gomezius, & notum est, ut nuncupatum docet Villadiego in *Politico*, *c. 3. num. 251.* Paz in *praxi* *tom. 1. p. 5. c. 3. n. 5.* & *seg. in §. 4.* Pichardus in *manductionibus*, *l. 1. d. 8. n. 14.* & *15.* Farinacius *q. 81. n. 34.* quem vide Caldas in *l. si curatorem*, in *principio* *num. 10.* sicuti in quolibet causa talis curator ad litem minori dari debet, ut late explicat Gutierrez in *tract. 20. de twelis & curis*, *1. parte, cap. 19. ex num. 17.* & per totum, & eruditus D. Joseph. Vela *de separatione*, *2. quest. per totam*, Gratianus *de separationibus* *tom. secundo*, *cap. 225.* Valasco de *partitionibus*, *cap. 7. ex num. 43.* Talschus *littera C. concl. 1108.* & alii passim.

Ad numerum 65. ibi: Et breviter, & resolutivè dico, &c.

Jurare, & respondere super facto, & veritate delicti, debet quilibet minor, contra quem proceditur, præsenre curatore ad juramentum licet non ad depositionem, dum tamen legitime interrogetur, resolvit Gomezius hoc n. & docent Afflicti *decis. 208.* & ibi Ursul. in *addit. n. 2.* Suarez in *l. 4. tit. de aris*, *n. 14.* Gutierrez de *twelis*, *2. parte. c. 4. num. 9.* & alii plures in unum congressi à Cevallos *quest. 30.* & *quest. 603.* ubi quod præcedente infamia veritatem fateri tenetur, Pichardus in *manductionibus*, *3. parte, §. 3. n. 15.* Paz in *praxi*, *tom. 1. parte 5. cap. 3. §. 4. n. 8.* Farinacius *quest. 12. num. 16.* & *quest. 81. n. 265.* ubi quod non est necessaria curatoris auctoritas in examine, & interrogationibus minori faciendis, sed sufficit quod intervenit in juramento; & numeris precedentibus, & sequentibus, late agit de hac confessione minoris, & de auctoritate curatoris ad eam, & *quest. 160. n. 297.* & novissime Narbona in *tract. de ætate*, *anno 25. quest. 37.*

An autem, & quando reus teneatur fateri veritatem sub juramento, videndi sunt supra proxime citati, & Azevedus in *l. 2. tit. 7. l. 4. Recopilationis*, Farinacius *quest. 81. n. 15.* & *quest. 81. c. 1.* & optime Thomas Sanchez in *summa* *lib. 3. cap. 7. per totum* Bernardus Diaz in *practica*, *cap. 118.* & idem Sanchez in *consilii*, *lib. 6. cap. 3. dubio 31.* qui docent, quod quando reus dubitatur Judex rectè interroget, non teneatur fateri; eos vide, Paz in *praxi*, omnino videndus, *tom. 1. parte 5. cap. 3. §. 4. ex num. 13.* Egidius Trullench. in *decalogum*, *lib. 8. cap. 4. dubio 3. & 4.* ubi alios refert, & late explicat, & vide infra, *l. 12. num. 6.*

Ad numer. 66. ibi: Sed his non obstantibus, &c.

Adversus confessionem minoris legitime factam in iudicio negandam esse restitutionem, lesione non stante, Ursul. ad Afflictum *decis. 208. n. 1.* Plaza in *epitome delictorum*, *lib. 1. cap. 32. num. 13.* Sarmiento, *selectarum* *l. 3. c. 13.* Clarus in §. *fin. quest. 60. in fine* Pichardus in *manductionibus*, *3. parte, §. 3. n. 16.* ubi ait, quod quando confessio iudicis, & præsumptio-

nibus comprobatur; restitutio negari debet, Paz in praxi, tomo 1. part. 5. cap. 3. §. 4. n. 22. Villadiego in Politicis, cap. 3. n. 351. Morla in emporio, tit. 6. quest. 7. num. 12. Farinacius in praxi quest. 11. num. 32. & quest. 81. num. 57. ubi quod hæc opinio apud eum servatur in praxi & numeris antecedentibus & sequentibus, latè quæstionem explicat, ampliat, & limitat, Molina de justitia, tomo 4. disp. 36. n. 4. Fachinaus lib. 1. controversiarum, cap. 72. Menochius de arbitrariis, casu 2. §. Tufchus litt. R. conclus. 233. & Thomas Sanchez benè explicans l. 7. de matrimonio, disp. 112. n. 17. Guttierrez in authentica, sacramenta puterum, n. 131. Barbosa in l. 1. Cod. si adversus delictum, n. 7. ex quibus omnibus eam conclusionem elicies, quod si minor confessus fuerit delictum aliter non probatè verè vel presumptivè, vel interpeffive tempore incongruo, & quando non tenebatur fateri, restitutio ei debet concedi, & sic declarabis resolutionem Gomezii in presenti, vide Ofualdum ad Donellum l. 21. cap. 10. notatis littera N, & novissimè Latteam decis. 70. num. 20. & vide in cap. 14. supra, tomo 2. num. 16. & post eos Narbonam in tractatu de atate, anno 25. quest. 37. & Scaccia de iudiciis, lib. 2. ap. 7. ex n. 713. & Paz in praxi, l. 1. tomo 5. part. 1. §. 4. ex n. 5.

67 Ad numerum 67. ibi: Et resolutivè dico, &c.

Minorem ante decimumquarum annum torqueri non posse, qui verò eam atatem excessit, secundum qualitatem personæ, & atatis, torquendum; etiam ejus curatore non interveniente in tortura ipsa, licet in actis & processu debeat intervenire, resolvit Gomezius; & quod minor 14. annorum possit terri, vel ferula seu habena cædi; & ita tenet Carreterius in practica 2. tractatu de iudiciis, & tortura; §. circa tertium, n. 37. Duenas regula 259. ampliat. 7. Plaza in epitome delictorum, lib. 1. cap. 32. numer. 12. Clarus in practica, §. final. quest. 64. versiculo, quæro nunquid minor: ubi ejus Additionem Baiardus explicat, quod impubes ita demum dicto leviori modo potest torqueri, si est proximus pubertati, Bolañus in Curia Vhilippica, tertia parte, §. tormento, num. 5. & Jarè Farinacius in praxi, quest. 41. num. 16. & sequentibus, ubi num. 20. ait, quod infans nec torqueri, nec terri debet, vide omninò Narbonam in tract. de atate, titulo de anno d'cimoquarzo, quest. 42.

68 Ad num. 68. ibi: Et breviter, & resolutivè dico, &c.

Senem posse delinquere, & teneri ex delicto, penam tamen in eo esse minuendam; dummodò non sit pœna mortis, vel pecuniaria, hæc enim minuende minimè sunt, resolvit Gomezius, & docent Carreterius tractatu 2. de homicidio, §. circa quartum, num. 13. Tiraquellus eruditè de penis temporandis, causa 2. ex num. 1. Menochius de arbitrariis, l. 2. casu 329. num. 20. Andreas Gail. observatione 110. num. 34. l. 2. Caldas in l. si curatorem, verbo, Vel adversus dolo, num. 54. Duenas in regula 259. & benè explicans Molina de justitia, tomo 4. di. put. 36. ex num. 1. & latissimè Farinacius in praxi, questione 92. ex num. 20. ubi explicat, quis dicatur senex, cum Menochio de arbitrariis, casu 59. n. 3. & seqq. ubi docet, quod in casibus à jure non determinatis, Judicis arbitrio relinquitur, quis dicatur senex; & postea numeris sequentibus,

comprobat resolutionem Gomezii ipse Farinacius; & numero 35. limitat, declarans, quod cum in senibus propter senectutem, & sanguinis diminutionem, sensus, & intellectus diminuantur, ita quod recuperascere incipiunt, pœna etiam delictorum minui debent: itaque resolutionem Gomezii ita explicare debes, quod si talis sit senectus, quæ intellectum minuat, quælibet pœna, etiam mortis, vel pecuniaria minuenda est; si verò senectus non sit ita longæva quod intellectum minuat, sed tantum vires corporales, tunc dicta resolutio Gomezii adaptari debet, nempe quod pœna mortis, vel pecuniaria minuenda non sit; reliquæ verò secus: vide Narbonam de atate, anno 70. quest. 10. n. 9. & 9. 11. per totam.

Si plura de senectute videre cupis consilio Burgos de Paz in l. Tauri, ex num. 59. Abbatem & reliquos in cap. magna de voto, Gregorium in l. 35. tit. 16. partia 3. Damhoudicium in encheiridio similitum, verbo, Senectus, Castillo in l. 1. Tauri, Baçzam de debitoribus, cap. 7. Aviles in proœmio capituli pratorum, verbo, Acordado, Mattienzum in Dialogo, 3. part. cap. 58. & plura non contentenda congerent D. Franciscum de Amaya, in l. 2. Cod. de Decurionibus, lib. 10. ex num. 55. & latissimè Narbonam de atate, ab anno 50.

69 Ad num. 69. ibi: Unde pro concordia, & vera resolutione, &c.

Mutum non debere puniri ex delicto quando nullum habet intellectum: secus verò si illum habet, & illum signis exprimere potest, ut hic resolvitur, ut docent Plaza in epitome omnium delictorum, l. 1. c. 32. n. 17. & 18. & alii apud Farinacium, l. 1. c. 86. & 9. 98. ex n. 159. ubi laudat nostrum Gomezium, & ejus resolutionem comprobat, asserens quod licet mutus possit signis se explicare, & confiteatur delictum, nihilominus condemnari non poterit, nisi testibus ejus delictum probetur, præterquam si seiat scribere, & scriptura fateatur delictum, tunc enim condemnatus venit, Molina de justitia, tomo 4. disp. 37. num. 3. ubi etiam laudat Gomezium, & cum eo infert, quod mutus torqueri non potest, eo quod non potest certam promere confessionem, licet nutibus ac signis interrogari possit ad veritatem indagandam, in quo consulit Farinacius supra, quod notarius seu Tabellus scribat illius nutus, actus, & signa, quæ per se debent interpretari, vel per alios qui cum mutuo conversationem habebant; & quibus ea nota erant.

70 Ad num. 70. ibi: Et breviter dico, &c.

Furiosum non teneri de delicto nisi tempore sanæ mentis deliquerit cum habeat dilucida intervalla, resolvitur per Gomezium; hæc docent Tiraquellus de penis temperandis, causa 2. ex n. 1. Duenas in regula 257. ampliatione 3. Carreterius in practica 3. tractatu de homicidio, §. secundo excusat, num. 1. & seqq. Plaza in epitome delictorum, l. 1. c. 29. num. 1. Clarus in practica, §. finali, q. 60. Menochius de arbitrariis, casu 325; ex num. 1. & de recuperandis, remedio 9. ex n. 91. Parladorius differentia 86. Caldas in l. si curatorem, §. cum non absimilis, num. 43. Gutierrez canoniarum, l. 2. cap. 4. num. 95. Vantius de nullitatibus, tit. de nullitate ex def. seu mandati, ex num. 15. Tiberius Decianus lib. 9. criminatum, c. 16. Covarruv. in Clementina si furiosus, l. 1. parte, & per totam, Molina de justitia, tomo 4. disp.

disp. 38. ex num. 1. ubi quod nulla omninò pœna nec ordinaria nec extraordinaria puniri potest; & num. 2. quod si non constat fuisse amentem tempore commissi delicti, præsumitur sanæ mentis; quando verò constat antea amentem fuisse, talis præsumitur fuisse tempore delicti, & alia, Pichardus in manductibus, 3. parte, §. 4. num. 59. ubi alios refert, & D. Joannem de Solorzano de parricidiis, c. 18. prope finem, amentem totam hanc rem Judicis arbitrio relinquendam maximè in parricidio crimine, Farinac. latissimè omninò videndus in praxi, quest. 94. ex num. 13. usque ad 26. ubi n. 2. conciliat duas contrarias invicem opiniones circa impositionem pœnæ pecuniariæ, hoc modo, nempe quod si furor supervenerit ante processum informativum factum, seu factam defensionem tei; tunc nec pœna pecuniaria imponi potest; si verò post defensionem factam, & informativum processum, furor contingat, pœna pecuniaria locum habere poterit; & num. 25. addit quod si esset aliqua species ut amentis redeat ad sanam mentem, tunc non est dimittendus, & absolvendus, sed retinendus, & custodiendus donec ad sanam mentem reversus fuerit, & puniatur; vide etiam omninò Cenedum quest. 9. num. 6. & Narbon. de atate, anno 10. cum divisiis, quest. 10. num. 11. & 14. ubi quod si delictum fuerit atrox, furor superveniens nihil proderit.

71 Ad num. 71. ibi: Et dicendum est quod si probatur, &c.

Si delinquens probaverit furorem ante commissam delictum, præsumitur eodem furore commissum; si verò id non probetur, præsumptio est, tempore sanæ mentis commissum fuisse, nisi contrarium expresse probetur, ita resolvit Gomezius in presenti, & comprobant latissimè Carreterius in practica 3. tract. de homicidio, §. secundo excusat, num. 11. Plaza in epitome delictorum, l. 1. cap. 26. num. 4. Suarez in suis communibus, littera F. num. 413. Malfardus de Probationibus, conclus. 824. ex num. 10. Menochius, l. 6. præsumptione 46. ex num. 63. Covarruvias de sponsalibus, 2. parte, cap. 2. num. 6. Molina de justitia, tomo 4. disp. 38. numero 2. Thomas Sanchez de matrimonio, l. 1. disp. 8. num. 17. ubi benè explicat, Morla in emporio, tit. 9. num. 70. & late, & optime Farinacius in praxi, quest. 94. ex num. 8. & 11. optime declarat supradictam resolutionem hoc modo; quod si quis occiderit eum cum quo nullam habet inimicitiam, & palam commissio delicti non se abscondat, nec fugiat, aut quid simile fecerit, quod furorem seu amentiam præferat, tunc absque difficultate proce lit dicta conclusio; si verò occiderit, vel vulneraverit inimicum, vel eum cum quo rixam habuerat, & se abscondit seu latitavit, tunc præsumitur deliquisse extra furorem; eum omninò videas, & Tufchum littera F. concl. 544. per totam. Supradictæ verò conjecturæ semper cessare debent probatâ veritate, & si pensatis omnibus circumstantiis simus in dubio, an quis deliquerit tempore furoris, vel sanæ mentis, præsumendum est tempore furoris delictum commissum, ut favorabilius, ita Farinac. supra, n. 12. Tufch. Menoch. & ceteri relati, vide etiam Barbosa in cap. pr. de success. ab intest. n. 13.

72 Ad numerum 72. ibi: Sed ego minimus inter alios, &c.

Furiosum durante furore non posse condemnari nec puniri ob delictum commissum ante furorem, ut hic resolvitur, docent Plaza in epitome delictorum, l. 1. cap. 29. num. 1. Clarus in practica, §. finali, quest. 60. Covarruv. in Clementina si furiosus, 3. parte, in initio, num. 1. Suarez in suis communibus, littera F. num. 181. Menoch. de arbitrariis, casu 325. num. 12. Cevallos qua-

stione 33. Fachinaus lib. 9. c. 3. Gratianus in regula 214. n. 11. Caldas in l. curatorem, verbo, sine curatore, num. 99. Molina de justitia, tomo 4. disp. 38. n. 4. Pichardus in manductibus, 3. parte, §. 4. num. 59. ubi alios refert, & D. Joannem de Solorzano de parricidiis, c. 18. prope finem, amentem totam hanc rem Judicis arbitrio relinquendam maximè in parricidio crimine, Farinac. latissimè omninò videndus in praxi, quest. 94. ex num. 13. usque ad 26. ubi n. 2. conciliat duas contrarias invicem opiniones circa impositionem pœnæ pecuniariæ, hoc modo, nempe quod si furor supervenerit ante processum informativum factum, seu factam defensionem tei; tunc nec pœna pecuniaria imponi potest; si verò post defensionem factam, & informativum processum, furor contingat, pœna pecuniaria locum habere poterit; & num. 25. addit quod si esset aliqua species ut amentis redeat ad sanam mentem, tunc non est dimittendus, & absolvendus, sed retinendus, & custodiendus donec ad sanam mentem reversus fuerit, & puniatur; vide etiam omninò Cenedum quest. 9. num. 6. & Narbon. de atate, anno 10. cum divisiis, quest. 10. num. 11. & 14. ubi quod si delictum fuerit atrox, furor superveniens nihil proderit.

73 Ad numerum 73. ibi: Et breviter, dico quod debet puniri, &c.

Qui in ebrietate commisit delictum, non pœna ordinaria, sed minori esse puniendum, ut hic resolvitur, docent Covar. in Clementina, si furiosus, 3. p. initio, post n. 3. Carreterius in pract. 3. tract. de homicidio, §. 3. excusat, n. 2. Duén. in regul. 259. ampliat. 4. Plaza in epitome delict. c. 30. n. 1. Clarus in praxi, §. fin. q. 60. n. 12. Menochius de arbitrariis, casu 326. ex n. 1. Decianus l. p. l. 3. c. 37. rubr. de defensione reor. n. 53. & 60. & p. 2. l. 6. c. 1. rubrica, de excusat. per jurat. Guttier. lib. 2. Canonice, c. 4. n. 91. & per tot. latè, & optime materiam explicans, Malfard. de prob. concl. 805. ubi quod debet probari ebrietas tempore commissi delicti Molina de justitia, tom. 4. disp. 38. ex n. 5. (ubi quod si quis sine culpa se inebriavit, vel cum ea, non tamen expertus se in ebrietate periculosum aliquid solere facere ad homicidium, si aliquem occidat, nullâ pœnâ sit puniendus, contra nostrum Gomez. & communem) de quo etiam Cenedus q. 9. n. 8. Bernard. Diaz in praxi Canonice, cap. 77. & quamplurimos referens Cenedus in collect. ad Decretum 35. Pichardus in §. 1. Inst. de success. ab intest. n. 19. & in §. 1. Inst. de injuriis, n. 30. ubi resolutionem Gomez. comprobat; & addit, quod ebrietas in leviori injuria verbali omninò excusat, si discussa violentia sobrius pœnitent; & latius idem Pichard. in manduct. 3. part. §. 4. num. 50. & omnium latissimè Farinacius in praxi, questione 10. ex num. 47. & questione 93. ex num. 1. ubi pro regula constituit resolutionem nostri Gomezii & plures ampliationes & limitationes ad eam congerit, quæ allegare sufficiebat; & num. 9. ebrium, occidendo irregularitatem non incurere probat, dummodo non se inebriaverit datâ operâ ut occideret; vide etiam Lessium de justitia, & jure, l. 4. cap. 3. dubitatione. 3. per totam, ubi optime & Sanchez in consiliis Moralibus, l. 1. cap. 2. cubio 8.

Ad numerum 74. ibi: Sed pro concordia, & 74 veritate dico, &c.

Qui dormiens deliquit, quod tunc pœna extraordinaria teneatur, si seiebat quod hoc illi continere

gere solebat, & non præcavit, nec diligentiam adhibuit, ne contingeret, resolvit Gomezius, & docent late Covarruvias in *Clementina*, si *juris*, 3. parte, in initio, num. 6. Carrerius in *practica*, 3. tractatu de homicidio, §. 4. Tiraquel, de penis temperandis, causa 5, num. 10. Plaza in *epitome delictorum*, l. 1. cap. 31. num. 3. & 5. Clarus, §. finali, quæstione 60, num. 20. Menochius de arbitrariis, casu 327, num. 3. & 4. Cenedus in *collestantea* 48, ad *Deverales*, num. 2. & in *collestantea* 17, ad *Clementinas*, num. 4. ubi quid de irregularitate in hoc casu, & quid de semidormiente, Pichard in *manuductionibus*, 3. parte, §. 4. num. 48. & late Molina de *justitia*, como 4, disputatione 38, num. 10. & latius Farinacius in *praxi*, quæstione 98, ex num. 62. ubi bene explicat, ampliat, & limitat, Tuschus *littera E. conclus.* 1.

75 Ad num. 75. ibi: Sed bis non obstantibus, &c.

Prodigum posse delinquere, & puniri pena ordinaria delicti, ut hic resolvitur, docent Plaza in *epitome delictorum*, l. 1. c. 29. post num. 1. versiculo, quibus sic perpenis: Rodericus Suarez in *titulo de debitis*, num. 16. Fachin. l. 2. cap. 69. Gutierrez de *tutela*, 1. parte, §. 16. num. 108. Clarus in §. finali, q. 60. n. 11. Molina de *justitia*, tom. 4, dispo. 38, num. final. ubi alios refert, Vantius de nullitate ex defectu mandati, ex num. 15. Menochius de recuperanda, remed. 9. n. 96. Azvedus l. 2. tit. 3. n. 89. l. 5. Recop.

76 Ad num. 76. ibi: Et breviter dico, &c.

Quod contra servum delinquentem possit procedi eodem modo ac si esset liber, & puniri licet non pena pecuniaria, quæ in servum non cadit, ut hic resolvitur, docent Clarus in *pract. §. fin. quæst. 80. num. 6.* Molina de *justit. tom. 3. tract. 2. disputat. 711. n. 1.* & per totum, ubi materiam bene declarat Diana *resolutorum moral. tom. 7. tractatu 6. respo. 73.* ubi etiam quando dominus teneatur pro servo, Donel. in *rubr. Cod. an servus ex suo ipso, &c. num. 3.* & in l. li et, ibi dem. n. 4. Cujacius in *recitationibus ad titul. ff. de actionibus, & obligationibus, in l. servi*, Gregorius per textum; ibi: in l. 9. tit. 2. partita 3, & l. 10. tit. 1. part. 7. Villadiego in *polit. cap. 2. num. 168.* Pichardus in §. omnis autem, *instit. de notariis actionibus*, ex n. 3. Barbosa in *collestantea ad leg. 1. 2. 3. 4. & 5. Cod. de notariis actionibus*, ubi bene declarat, Petrus Gregorius in *synagmat. l. 38. cap. 11. num. 4.* Gratianus *regul. 10.* & alii relati à Dom. Francisco de Amaya in *leg. 3. Cod. de Detention. l. 10. num. final.* qui omnes totam resolutionem nostri Gomezii explicant Barbosa in l. si mora, ff. *solutio matrim. post praludia in lectura*, ubi de domino sciente, & non prohibente delictum servi.

Ibi: Adde tamen predicta, &c.

Adde Cevallos *quæst. 126. n. 17.*

77 Ad num. 77. ibi: De quo articulo, &c.

De processu, & modo procedendi contra absentem in causis criminalibus, late omnino videntur Didacus Perez in l. 1. tit. 2. l. 3. *ordinam. gloss. 1. versic. Quero decimo tercio.* Avenda nus *respon. 15.* Monterrosus in *praxi, tract. 4. tit. del processo en rebeldia*, Paz in *praxi, 1. tom. 5. parte, cap. 4. per totum*, Tauristia in *leg. 76. Taur.* & omnes Regnicole in l. 3. tit. 10. l. 4. *Recop. Villadiego in Polit. cap. 3. ex n. 373.*

Ad num. 78. ibi: In quo dubio, & notabili arti-

culo, &c.

Morte extinguunt delictum quoad penam corporalem, & quoad penam confiscationis bonorum, præterquam si delictum sit gravissimum, & enormissimè, quia tunc pena in cadavere est exequenda, resolvit Gomez, & docent Duchas *regula 13. & 137.* Menchaca *illustrium, 96. c. n. 7.* & sequentibus, & cap. 96. ubi id generaliter probat tam in pena corporali, quam in privativa status, & pecuniaria, Bossius late in *sua praxi, titul. de accusationibus*, ex n. 34. & *titul. de sententiis, num. 105.* Clarus *quæst. 51. versic. Vltimus quæro*, Plaza in *epitome delictorum*, l. 1. cap. 38. n. 1. Menochius *confil. 99. ex mon. 150. l. 1. & de arbit. casu. 285.* Mascardus de *probationibus, concl. 348.* Medicus in *tract. mors omnia solvit, 2. parte, conclus. 2. & 3.* Menochius de *recuperanda poss. remedio. 1. ex num. 157.* Caldas in l. si curatores, §. lesu, n. 24. Villadieg. in *politica, c. 5. ex num. 178. & 180.* ubi bene Cardoso *responso. 5. post tractat. de jure accrescendi, Barbosa in l. 2. ff. soluto matrim. ex num. 124.* latissimè Gutierrez *lib. 2. Canoniarum, c. 18. ex num. 47. & cap. 3. n. 22.* Suarez in *thesauro receptor. verb. Hæres*, Fachinæus l. 9. *controvertiarum, cap. 5.* Cevallos *quæstion. 464.* Barbosa in *collestantea c. fin. de sepulchris*, Hermosilla in l. 5. tit. 3. part. 5. *glossa 1. & l. 10. tit. 4. gloss. 8. n. 13. & in leg. 56. tit. 5. glossa 1. n. 39. & sequentibus, & num. 49.* Barbosa in *cap. 6. de statu monachorum*, num. 5. & 15. Pichardus in *revelatione ad tit. ul. ff. de acquirenda heredit. c. 5. num. 21.* Scaccia de *judiciis, lib. 2. cap. 9. n. 277. 281. & Fey. D. Joseph. Vela disserterat. 14. ex num. 12.* Amaya in *leg. 10. Cod. de jure fisci, l. 10. laic.* qui omnes fuisse explicant, quomodo & quando hæres teneatur ex delicto defuncti, eo decedente ante vel post litem contestatam, de quo etiam infra num. 86. nec non Pichardus in §. pena. *Instit. de obligation. qua ex delicto nascuntur, num. 25. & §. bis autem, Instit. ad leg. Aquil. ex num. 42. & §. non autem, de perpetuis, & temporalib. action. lib. 4.* & omnium latissimè resolutionem nostri Gomezii pro regula constituens, Farinacius in *praxi, quæst. 10. ex num. 36. usque ad numerum 81.* ubi plures ampliationes, limitationes, & declarationes congerit, ante omnes videndus, quia eum videre sufficit, & novissimè Pichardum in *manuductionibus*, 4. parte, §. 4. num. 4. & sequentibus, ubi etiam bene explicat quid si pendente appellatione mortuus fuerit reus; & etiam vide Molinam de *justitia, tom. 4. tract. 3. disputat. 43. quæst. per totum*, late omnes casus distinguunt, Pareja de *instrumentor. edit. tom. 2. tit. 6. c. solut. 7. ex num. 42.* late usque ad finem, & Noguerol, *allegat. 1. n. 157.* ubi quod etiam si confiscatio bonorum ipso jure incurrat, cesserit reus mortuus ante declarationem, & vide *allegat. 15. num. 37.*

Ad numerum 79. ibi: Ex quo primo inferitur, &c.

Quod in hæresi & crimine læsæ Majestatis, & in delicto contra naturam, & aliis atrocissimis, vel si quis se ipsum occidat, & in cadavere possit exequi sententia, ut hic resolvitur, docet Carrerius in *pract. tract. de hæresi, §. expeditio processu hæreticorum, numer. 11.* Clarus in §. hæresis, versic. Item de crimine, & in §. final. *quæstione 51. versic. sunt tamen aliqua crimina*; Perrgrinus de *jure fisci, lib. 4. tit. 5. num. 29.* Bossius in *titul. de penis, & tit. de hæreticis, 130. & seqq.* & omnium latissimè Farinacius de *hæreticis, quæst. 197. num. 89. & seqq. & quæst. 185. num.*

numer. 200. ubi an si memoria defuncti semel fuerit absoluta ob non probatum crimen possit iterum accusari? Molina de *justitia, tom. 4. tractat. 3. disputatione 43. num. 6.* ubi enumerat septem crimina in quibus morte delinquentis non extinguitur delictum quoad penam, & accusationem, ut sunt crimen læsæ Majestatis divinæ vel humanæ, peculatus, repetundarum, vel quando se ipsum occidit in crimine digno confiscationem, idem in milite desertore militiæ, & in muliere suspecta, quod operata fuerit ad mortem viri, Cenedus in *collestantea, cap. 2. de hæreticis, lib. 6.* ubi cum multis docet, quod cadavera hæreticorum, & eorum fautorum excludi debent ab Ecclesiastica sepultura, ut concrementur, Fachinæus *lib. 13. controvertiar. cap. 17.* & omnium latissimè Farinacius in *diel. q. 10. num. 37. & seqq. usque ad 83.* ubi de dicitis criminibus exceptis fuisse disputat per ampliationes, Tuschus *lit. M. conclusio 396 per totam*, & alii ferè infiniti penes ipsos, & Bobadill. in *polit. lib. 3. cap. 15. num. 143.*

80 Ad numerum 80. ibi: Præterquam in casibus, & delictis sequentibus, &c.

Sex casus enumerat hic noster Gomezius in quibus delictum, ejus pena non extinguitur morte, de quibus vide relatos supra numero præcedenti, maximè Clarum, Molinam, Farinacium, & Bobadillam in *politia. lib. 3. cap. 15. num. 143.* Caldas *§. lesu, num. 25.* & Perrgrinum de *jure fisci, lib. 4. tit. 5. per totum, maximè ex num. 6.* ubi decem & septem casus congerit, & D. Solozanum, *lib. 6. de pena paritidit, cap. 2.*

81 Ad numerum 81. ibi: Debet intelligi infra quinquennium, &c.

Quod in casibus in quibus reus potest accusari post mortem, intelligitur infra quinquennium, præterquam in crimine hæresis, in quo intra quadraginta annos potest procedi, ut hic resolvitur, docent Suarez in *communibus opinion. verb. Mort.* num. 220. Clarus *§. fin. quæst. 51. versic. Sciens tamen, & in §. læsæ Majestatis, versic. Item licet*, Perrgrinus de *jure fisci, lib. 4. tit. 5. numer. 33.* Covarruvias in *regul. possessor. 2. part. §. 2. num. 6.* Thomas Sanchez in *summa, lib. 2. cap. 22. ex numer. 38.* & alii plures in unum congeiti à Barbosa in *collestantea, leg. Manichæos, Cod. de hæreticis & Manichæis, num. 44.* Farinac. in *praxi, dicta quæst. 10. ex num. 81. & quæst. 25. ex num. 158. & de hæreticis, quæst. 197. num. 112. & seqq.* ubi contrarias opiniones adducit & conciliat circa condemnationem memoriæ hæretici mortui, quem vides & Molinam de *justit. tom. 4. tract. 3. disput. 41. n. 8. & tom. 2. tract. 2. disput. 73. ex n. 5. & vide Noguerol, allegat. 12. num. 156.*

Ibi: Adde tamen quod licet, regulariter, &c. Vide Farinacium supra, dicta quæst. 10. ex numer. 79.

Ad numerum 82. ibi: Sed bis non obstantibus, &c.

Penam confiscationis bonorum non transire ad hæreses, si reus mortuus fuerit post sententiam, sed intra tempus de appellando constitutum, ut hic resolvitur, docent Sebastianus Medicus in *tractatu, mors omnia solvit, 2. parte, conclusio 32. num. 37.* Menchaca *illustrium, cap. 96. ex num. 17.* Perrgrinus de *jure fisci, lib. 4. tit. 5. num. 38.* (qui minus tutam dicit hanc opinionem, & alii relati à Farinacio in *praxi, quæst. 10. num. 46. ubi num. 47.* declarat dictam resolutionem procedere, quando pena confiscationis bonorum

seu pecuniaria venit in consequentiam delicti: secus si principaliter in sententia fuerit imposita pena bonorum, quia tunc indistinctè illa post mortem rei transit ad hæredem, etiam si à defuncto fuerit appellatum, vel tempus ad appellandum non transierit, vide cum ibi, & numeris sequentibus, ubi ponit exempla, quando pena confiscationis intelligatur apposita principaliter, & quando accessorie & dupliciter limitat hanc declarationem, vide etiam Gregorium in l. 28. tit. 23. part. 3. & Pichardum in *manuductionibus, part. 4. §. 4. n. 6.* ubi etiam eodem modo explicat dictam resolutionem: & in §. non autem. *Instit. de perpetuis & temporalib. action. n. 65.* & Villadiego in *politia, p. 4. a. num. 13.* prout etiam explicat noster Gomezius infra, num. proximo, & Molina de *justitia, tom. 4. disputat. 43. ex num. 9.* Fachinæus *lib. 9. cap. 37.*

Ad numerum 83. ibi: Unum tamen est, &c. 83

Quamvis morte rei extinguitur delictum, hæres tamen ejus bene potest petere, ut decalretur defunctum non deliquisse, ob infamiam vitandam; ita Gomezius resolvit in *presenti*, & docent Menchaca *illustr. cap. 96. num. 15.* ubi hoc commendat tanquam singulare. Perrgrinus de *jure fisci, lib. 4. tit. 5. num. 25.* & eos referens, & laudans nostrum Gomezium, Farinacius in *praxi, quæst. 10. num. 74.* ubi etiam refert Cyrillum in *summa criminali*, aientem quod etiam extranc non hæreses admitti debent ad purgandam memoriam defuncti, vide etiam Carleval. de *judiciis, tom. 2. tit. 2. disput. 2. ex num. 5.*

Ad num. 84. ibi: Secus tamen est, si delictum sit privatum, &c. 84

In delictis privatis reo defuncto ante litem contestatam, delictum extinguitur; secus si post, quia tunc pena transit contra hæreses, resolvit Gomezius ex l. unica, *Cod. ex delicto defunctor.* & comprobant Pichardus in §. bis autem, num. 41. *Instit. de leg. Aquil.* Fachinæus l. 9. cap. 5. & omnes relati supra, num. 78. maximè Gutierrez, Barbosa, Hermosilla, Vela, & Amaya quos vide, & Farinacium *diel. quæst. 10. ex num. 50.* ubi num. 59. quod etiam teneatur hæres ante litem contestatam de eo quod ad ipsam pervenit, vel in quo factus est locupletior, & ampliat ad hæredem hæresis; & num. 60. cum Covarruvias in *regula, l. 3. cap. 3. num. 7.* Duchas in *regula, l. 3. n. 12.* Menchaca *illustr. cap. 96. n. 27. vers. Sexta limitatio*; Claro, §. fin. *quæst. 51.* & aliis pluribus probat, quod de jure Canonico hæres teneatur ex delicto defuncti, etiam quod ex eo nihil ad eum pervenerit, & etiam si lis non fuit contestata; quod sublimitat, & declarat, late explicans usque ad num. 69. eum omnino vides, & Molinam de *justit. tom. 4. disput. 43. n. 3. & 4.* & Cevallos *quæstion. 464.* & Pichardum in §. non autem, *Instit. de perpetuis, & temporalib. action. late, maximè n. 55.*

Ad num. 85. ibi: Item adde quod mortuo accusatore, &c. 85

Mortuo accusatore, quod actio vel accusatio civilis pecuniaria transeat ad ejus hæreses, modo decedat ante litem contestatam, modò postea, cum tendat ad damnum vel interesse consequendum; secus si accusatio tantum tendat ad vindictam, ut in delicto injuriæ, vel alio simili, quia tunc non transit ad hæredem, nisi post litem contestatam, resolvit Gomezius in *presenti*, & docent Pichardus in §. non autem, *Instit. de perpet. & temporal. action. n. 7.* ubi bene explicat

cat, Suar. receptar. verb. Hares, Caldas in l. si cura- rorem, §. lasti, num. 26. ubi de actione pro adulterio ad dotis privationem, Molina etiam late explicans tom. 4. de iustitia, disp. 43, ex numer. 11. Clarus §. final. questione 51. numer. 9. ubi Additionator Baiardus ex n. 30. Gregorius in l. 28. §. 29. tit. 23. part. 3. & l. 23. tit. 1. & l. 2. tit. 13. part. 7. Amaya in l. 10. Cod. de iure fisci, ex n. 64. ubi late de femina stuprum passa, que postea moritur, an jus prosequendi injuriam transferat ad heredem Villadiego in politica, c. 3, ex n. 180. Fachinaus l. 9. controversia, §. vide etiam Cancernum 3. parte, c. 11. ex numer. 132. ubi de virgine deflorata decedente, an transmittat ad heredes jus petendi dorem.

86 Ad num. 86. ibi: Item adde quod defuncto accusatore, &c.

Accusatore defuncto quod possit quilibet alius prosequi accusationem intra triginta dies, & post eos accusare de novo, & in ejus defectum Judex possit ex officio prosequi, ut hic resolvitur, docent Clarus in §. final. questione 51. numer. 10. & sequentibus, Molina distinguens tom. 4. de iustitia, disputat. 43. num. 16. Villadiego in polit. c. 3. num. 182. Sebastian. Medices in tract. mori omnia solvit, 2. part. conclus. 2. num. 5. ubi ex Azorne in summa, Cod. si reus vel accusator mortuus fuerit, ait, quod heredes accusatoris, ut tales, prosequi non possunt accusationem cum ad eos jus non transeat.

87 Ad num. 87. ibi: Sed breviter in hoc articulo, &c.

Delinquentem debere remitti ad locum ubi commisit delictum, ut hic resolvitur, docent latissime Vivius in suis communibus, verb. Judex domicilii, ex num. 2. Vincentius de Franchis decisione 37. Bernardus Diaz in practica crimin. canonic. c. 9. Thesaurus decisione Pedemont. 90. num. 6. Morla in imperio, tit. 2. questione 10. num. 10. ubi numer. 12. docet cum Covarruvias, & aliis, furem etiam remittendum ad locum commissi furti, & num. 14. probat, quod Judex requirens, & petens remissionem rei, debet hoc justificare summaria delicti probatione, & eam inferre in literis requisitoriis, ut executioni mandentur Gregorius in l. 15. tit. 1. part. 7. & in l. 1. tit. 29. eadem part. glossa magna, Pareja de instrument. edition. tit. 2. resolut. 9. num. 19. 79. & 81. & ex num. 60. ubi late, & quod in delicto levi non debet fieri remissio, vide cum omnino qui etiam agit de vagabundo, & aliis, & an de uno Regno in aliud, & quid in foro ecclesiastico? Suarez allegat. 17. n. 3. ubi de criminibus in mari commissis & in tit. de los emplazamientos, versu. Sed attende, n. 49. Bobadilla in polito, l. 2. c. 16. n. 105. ubi de Regiis Conciliis, & Cancellariis, & Dominis vassalorum, an debeant remittere delinquentes ad locum delicti? & num. 180. & 212. Aviles in ap. 27. prator. verb. Requiere, & versu. Entrequen. & in cap. 50. verb. Regimento, ubi delicto ludi, & usurarum, Azevedus in leg. 1. & per totum, tit. 16. lib. 8. Receptat. Avendanus responsio 40. Tiraquellus de retract. ligna, §. 36. glossa 1. numer. 28. ubi de delincente in confinio duorum populorum (in quo ex Chalaneo in catalogo, parte 12. consideratione 46. Foreatulo dialogo 1. num. 35. & aliis refert Salgado in labyrintho 1. parte, cap. 4. n. 26. quod si caput hominis occisi in confinio reperitur in uno territorio, ibi cognoscendum de eo, licet membra alibi reperiantur, de quo tu cogita) idem Salgado

de Regia protectione, parte 2. cap. 10. numer. 63. ubi de emittente sagittam, & occidente hominem in alio territorio, Scaccia de commerciis, §. 2. gloss. 3. num. 151. iterum Salgado de retentione, parte 2. cap. 5. §. 3. ex n. 11. & cap. 27. n. 5. Bolanus in Curia Philippic. §. fuero, & in 2. parte, §. mar. n. 39. ubi de delictis commissis in mari, Narbona in concordia familiarium, glossa 20. numero 22. ubi de delincente in officio sibi commissio, Menochius casu 531. ubi de vagabundis, Ofualdus ad Donell. l. 17. c. 16. & alii plures in unum congesti conclus. 15. crimin. post opera Roderici Suarez Barbofa in collectanea cap. postulasti, de foro competenti, ubi de heretico, fure, delincente in mari, vel in confinio duarum provinciarum, vel si in uno loco inchoetur delictum, & alibi consumatur, de vagabundo, & alia, & in Collectanea ad l. Cod. ubi de criminibus agi oportet, numer. 5. & 6. & per tot. & in authentica, qua in provincia, eodem tit. post alterum Barbofam in l. hoc s. absens, §. proinde, ex num. 66. in articulo de foro delicti, & latissime Farinacius in pract. quest. 7. per totam per ampliationes & limitationes: & vide Fachinaus l. 9. controversiar. cap. 20. & sequentibus, & Sanchez in consiliis moralib. l. 6. c. 1. dubio 15. & 16. ubi de exemptis, & Carvalius tom. 1. disput. 2. quest. 7. sessione 2. per tot. & in quest. 1. ex num. 1. Noguero allegat. 12. num. 27. & sequ. ubi etiam an de una provincia in aliam?

88 Ad num. 88. ibi: In quarto articulo, &c.

Quod in delictis non connexis à pluribus commissis sententia unius nec prodest, nec nocet alteri; nec pena ab uno soluta liberat alios: & quod in delictis connexis sententia absolutoria in favorem unius prodest alteri, ut hic resolvitur docent Tiraquell. in tract. re inter alios alia, limitatione 22. ubi plures referunt de quo etiam infra, num. 90. ubi videas: Mexia in pragmat. taxa pans. conclusio 5. num. 74. Surdus de aliment. tit. 9. questione 14. num. 3. Gratian. disceptat. cap. 113. ex num. 6. Farinac. consil. 73. num. 2. ubi explicat que dicantur connexa, & que non; de quo etiam Tusch. verb. Connexum, idem Tuschus litera S. conclus. 174. & 179. & confirmari potest, quia quando causa est communis, & una eademque omnium defensio, factum unius prodest alteri, prout in appellatione concludunt plures relati à Barbofa in collect. ad c. 72. num. 1. sub tit. de appellat. Caldas in l. si curatorem, verb. Vel adversarii dolo, num. 3. & laudat Gomezium hic, Baiardus ad Clarum, quest. 84. in fin. Azevedus in l. 2. tit. 20. l. 8. num. 9. & Carval. l. 1. disput. 5. num. 23. ubi quod multi delinquentes tenentur in solidum ad penam, & quid pro salariis Judicum, & interesse partis?

89 Ad num. 89. ibi: Non tamen credo, &c.

Licet unus ex adultis non possit occidi sine alio, tamen quod unus sine alio possit accusari, hic resolvitur, ut videtur: Sed ex l. 2. tit. 20. l. 8. Receptat. unus sine alio accusari non potest, ut ibi advertit Azevedus, & reliqui nec non in leg. 80. Tomi, qui etiam disputant, quid si unus eorum decederit, vel fugerit.

Ad numerum 90. ibi: Tertia conclusio notanda, &c.

Sententiam laram contra delinquentem necere qui teneretur in consequentiam: ex quo aliqua inferuntur per nostrum Gomezium, docet cum laudans doctissimus Barbofa in collect. ad l. 1. Cod. ubi causa fiscalis, numero 5. ubi omnes nota-

runt, Felinus cap. ad petitionem, num. 18. de accusationibus, ubi ponit materiam, & ibi omnes Canonistæ, Farinacius q. 24. n. 283. idem Barbofa in collect. cap. cum super, de sententia, & re judicata, ex num. 12. ubi quindecim casus congerit, in quibus sententia pro, vel contra unum lata, aliis nocet: Molina de iustitia, tom. 3. disput. 647. Hermosilla in l. 32. tit. 5. part. 5. gloss. 3. ex n. 57. & in l. 42. gloss. 9. n. 7. ubi an possit exequi contra Tertium possessorem non citatum sententia contra primum emptorem lata, ex pacto de retrovendendo? & negativè resolvit, vide etiam Gutierrez l. 2. Canoniar. cap. 5. num. 74. & latissime Scacciam de re judic. gloss. 14. q. 11. ex num. 109. & vide etiam supra, num. 88.

Item adde, quid si post condemnationem constet de innocentia reide quo vide infra, cap. 13. n. 34. & Farinacium com. 73. in ad. triove lit. A. ubi quod post sententiam potest opponi, quod occultus erat bannitus & peti sententiam cassari, & reum absolvi, & in quest. 1. late, cum vide.

De scientia delictum esse committendum, & non revelante, vel impediante, vide infra, cap. 2. & late Flores de Mena q. 8. per totam.

Delinquenti au possit post sententiam innocentiam suam probare, vide infra, c. 13. n. 34.

Item de Judice an possit penam à lege statutam remittere, augere, vel minueret? & an peccet, qui hoc perunt, & an dicta remissio penam vel ejus dignitatem possit fieri post sententiam? explicat Pater Thomas Sanchez in consiliis, l. 6. c. 1. dubio 2. §. 23. & vide infra, c. 13. n. 34. & sup. hoc cap. n. 51. vide etiam Gregorium de Valentia 2. 2. disput. 5. q. 11. num. 4. & Bobadill. l. 2. c. 16. num. 99. ubi de Rege, & Dominis inferioribus.

Item de pluribus simul delinquentibus, quod omnes teneantur in solidum, vide late explicantem Carlevalium de iudicis l. 1. disput. 5. ex num. 20. & num. 45. & seq. ubi etiam quod beneficium cessionis denegatur solventibus ob proprium delictum, licet quantum ad beneficium divitionis duæ sint opinionēs; eum vide per totam disputationem, ubi etiam agit an salarium possit in solidum exigi à quolibet delincente, & affirmative resolvit, maxime quando locus non est solvendo, cum vide post Covarruviam in regula peccatorum, 2. parte §. 12. num. 3. & vide supra n. 88. & Gratianum regul. 355. num. 15.

CAPUT II.

De crimine læsæ majestatis, divinae & humanae.

SUMMARI A.

- 1 Quæ sit pena criminis læsæ majestatis divinae?
2 Alienatio bonorum facta ab eo, qui commisit hoc crimen læsæ majestatis, est ipso jure nulla.
3 In casibus, in quibus dominium transfertur, non transit possessio.
4 In crimine læsæ majestatis divinae, an & quando filii vel descendentes efficiantur inhabiles?
5 Pena quando imponitur ipso jure, an debeat in foro conscientiarum?
6 Quæ sit pena criminis læsæ majestatis humanae?

- 7 Eripienti aliquem de carcere contra quem erat probatum delictum, an teneatur pena hujus criminis?
8 Sciens delictum ab aliquo esse committendum contra principem, vel rempublicam, si non revelavit, an teneatur pena læsæ majestatis?
9 Sciens delictum committendum, an teneatur in foro conscientiarum revelare?
10 Subditus alicujus nobilitatis, vel domini temporalis, si contra eum delinquat, an committat hoc crimen?
11 De crimine læsæ majestatis, an possit delinquent occidari post mortem?
12 Filius contra, qui hoc crimen læsæ majestatis committunt, an & quando puniantur?
13 Filii horum delinquentium exclusi à successione, an admittantur alii successores, vel filii?
14 Pena imposta filiis horum delinquentium, an extendatur ad nepotes?
15 Pena filiorum committentium hoc crimen læsæ majestatis, an extendatur ad filios habitos, & genitos ante delictum commissum?
16 Committent crimen læsæ majestatis, licet non desinat ipso jure esse dominus honorum suorum, perdit tamen eorum administrationem.

Item in materia nostra principaliter quæro, Iquæ sit pena, virtus & natura cujuslibet delicti? & in primis quæro quæ sit pena criminis læsæ majestatis? In quo articulo resolutive dico, quod aliud est crimen læsæ majestatis divinae, scilicet hæresis contra Deum, & Dominum nostrum, aliud est crimen læsæ majestatis humanæ contra principem, vel rempublicam: in crimine læsæ majestatis divinae pena est, quod ipso jure est excommunicatus, text. est in c. ad abolendam, de hæreticis, text. in c. excommunicatus, am. 1. & 2. eod. tit.

Item pro qualitate facinoris, debitam ultionem judex debet imponere, text. in d. c. ad abolendam, in quantum dicitur debita recepturus pro qualitate facinoris ultionem, text. etiam in dist. excommunicatus, 1. §. damnati, ibi, animadvertens debita puniendi; & licet prædicta jura specificam penam non declarent, tamen pro tali delicto imponitur pena mortis, ignis, & conemationis, ut probatur ex verbis Domini nostri in Evangelio Joannis cap. 15. dicentis: Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmet, & ardet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardebit: probat etiam textus de jure civili in leg. Ariani, versu. 1. c. de hæreticis, ibi, & ultimo supplicio tradendis, & ista pena servatur de generali consuetudine, & sic ista pena imponitur, & confirmatur omni lege divina, humana, & etiam generali consuetudine, & in expresso ita tenet & declarat Hostius in opit. ad abolendam, de hæretic. 3. col. & ibi Joan. Andr. 1. col. Anton. de Butt. 3. col. Abbas in. col. Cardinalis in. col. & quest. Anchar. 1. n. 6. & communiter Doct. Paulus Gillandus in tract. de hæreticis, 3. o. Summa Angelica in parte, hæreticis, n. 16. & idem disponent l. 2. tit. 26. part. 7.

Item etiam est pena confiscationis bonorum: & in terris Ecclesiarum, applicantur Ecclesiæ, & sic camerae Papæ: in terris imperii applicantur fisco seculari, & sic Regis vel Imperatoris, text. est in cap. vergentis, de hæret. & ibi Doct. imò ipso jure confiscantur à tempore commissi criminis, & ab illo tempore dominium transit in fisco, text.

Quæstio principalis. Pena criminis læsæ majestatis divinae.